LU: IO. SCOPPAE PARTHENOPEI IN DIUERSOS AUTHORES COLLECTANEA AB...

Lucio Giovanni Scoppa



8
3-6
52



Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8.-3.e.53.

Cuncta serenat

LV: IO. SCOPPAE PAR
thenopei in diuersos authores collectanea
ab ip̄o reuisa/& aucta cũ nonnullis aliis tã
ab antiq̄s/q̃ a recẽtioribꝰ nõdũ intellectis/
& multorum erroribus notatis & in fine
tabula.

Cum gratia /& priuilegio decennali ne/
quis imprimat in hoc regno / nec alibi
impressa portet uenalia: si quis aliter fece
rit libros amittet / & pœnam soluet/cu/
ius duæ partes Fisco /tertia accusatori ap
plicanda est.

ex legato Ant.mi Coccini
Bibliothecæ Secr. Coll. Rom.
Soc. Jesu


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE







OANNES BAPTISTA PETRV/tius Archiepiſcopus Tarentinus Ioanni Scoppæ iuueni exquiſitiſſimo/& antiquitatis curioſiſſimo/Lectoribuſq; criticis/ac cenſoriis feli/citatem. Mortalium ſublimiora ingenia / & ea ipſa/quæ ad præclariſſimam meſſem/ frugéq; aſpirant:quæq; in literis perennem laudem/& gloriam pollicentur / ac plurimum uigili cura/ acri ſolertia/inquiete opere/altiori ſtudio/ide/feſſa indagine/& interpretatione ſunt aſſecuta/ in opaco ſitu/ & abdita caligine penitus deliteſcerent/uixq; eorum nomen domeſticis lari/bus/& liminibus innoteſceret/niſi exquiſita fœtura/elaborato partu/rara/& terſa compoſitione/caſtigatiſſima lima ſeſe a turpi obliuione/ & muto ſilentio uindicarent/quod ſi in ætateprouectioribus/quiq; diutiſ/ſime/ac pene ueterani in liberalioribus diſciplinis/& facultatibus uires exercuerunt:operæpretium / & laborum ferme premium cenſendum eſt/eo decentioris meriti/&abſolutioris decoris in iunioribus/nec adeo exactis iure optimo exiſtimandum:qui ante maturiores annos ſeniles lucubratiunculas/opuſculaq; depromunt:atq; ipſi ſenio/quando talia nō attigerit/notam deſidiæ/ignauiæq; præſcribunt quod tibi diſertiſſime Scoppa noſtris temporibus nondum undetrigeſimum agenti annum huberrime/& cumulatiſſime contigiſſe/probare/admirari/ extollereq; fas eſt:qum quæ antiquorum examen/& trutinam ambage diſcolori/ & ambigua agitaſſent/tuum diuinum acumen/iudiciumq; expreſſerit & imperitioribus ſagaciſſime enucleauerit:nec plane diffiteor edēdæ compilationis meæ authorem inuictum/ & inexorabilem auſpicem ex/titiſſe:qum ſuadenti & hortanti iuuentæ diuerticulo ſæpiſſime repu/gnares. Ego uero aliorum uiridiori fronte/& uertice conatum/ & Ci/ceronis primum teneri oris patrocinii aditum longe ante adultam ætatem/& Perſii ſalſiſſimos ſatyros / Tibulli comptiſſimos elegos/Lu/cani grauiſſimos heroicos in iuuentæ limine conſtantiſſime obiicerē/ onuſq; uacui/& liuioris obtrectationē meis humeris / propugnaculoq; ſuſciperem/&illud uetuſtiſſimorum philoſophorum exemplum incul carem:in exiguo uitæ curriculo ſpem longioris æui uiuentibus amputari:in anguſtoq; enitendum:ut quod natura abnegat/diligentia/ſtudiūq; reſarciat:& hoc totum lucis ad poſteritatem/memoriamq; contendat: unde illud Criſpi & qm̄ uita ipſa/qua fruimur &c. Plinius in Epiſto/lis & quatenus nobis diu uiuere &c.& Ennius uolito docta per ora uirum/& Maro uictorq; uirum uolitare p ora/& Cicero pro Archia poeta fuſius/& prolixius & Varro quod muſſitamus/uiuimus. Erat & di/ſpar certandi ratio. Nam tu hæc eadem/quæ celeri impetu / & calore



effusa erant/continenda in umbra / & diutius euigilanda/& exigēda arbitrabaris/illudq; Oratii repetebas dicimumq; prematur i annū: Ipse rursū et apud poetas syluas/sic apud oratores/& historicos hęc ueluti pręludia auras desiderare. Alia ē enim epitomatis/compēdii/ & compilationis. Alia iugis operis/& compositionis conditio. Hic ex sententia euagamur. Illic trito ordine/serieq; progredimur. Hic quæ delectant cōgerimus. Illic selecta/& congrua inserimus: Hic inuentionem/elocutionéq; alimus. Illic omnes partes/numerosq; amplectimur. Hic demū uoluptati/& stomacho indulgemus. Illic lege & præceptis uetustissimis coercemur/et qualia propediem iam composita/et prope ad calcem deducta a tua incude/et pumice expectamus. Nam nō me præterit/quæ ex hoc libello me admirante/et obstupescente effuderis: et meo protinus gremio bibliopolæ exscribenda inuitus/ac meticulosus exponere cōpulsus sis: uixq; Petrucio omnem stilinasum / omnes Homeromastigas/ obtrectatores / blaterones/taxatores/sugillatores propensius subeunti/uicto tandem pudore/et uerecundia acquieueris. Verum hinc ego non ut ducis labem/ et ignominiam/sed eximium decus/ac gloriam aucupabor/meaq; celeritate non audacia inter locutuleios nugaces/liuidioresq; perfruar. Sed tu interim uelim edendi institutum/et consilium non destituas/et senum morosicorum ociosa uerba/ac dicteria asperneris. Inuident enim minoribus natu: quod ipsi elanguidi/et exhausti præstare in suo luxu/et ocio resides nequierūt. Vos uero omnes/quos Poetica/et oratoria plane demulcent/et quorum perspicacissima lumina facundissimi Scoppæ abstrusos nodos/aculeosq; perstringēt/obsecratos/obtestatosq; uelim/ut prius examussim/et ad unguē (ut aiūt) elucubrata perpendatis/q̄ temerario impetu aliorum laudibus/et fastigio insultetis. Decet enim sic generosos ingenuis uti moribus: ut non peritissimorum meritis derogent/sed eorum exemplo ad editissimum culmen/apicemq; nitantur: bene ualete omnes. Neapoli sexto Kal. Iunias Anno domini M.D.VII.

Eiusdem Ioannis Baptistæ carmen elegum.

Desine uesanum picea rubigine murmur
Dente sub obliquo spargere Liuor edax.
Desine/perq; nefas petulante lacessere lingua
Quod de Palladio uertice fulget opus.
Multa uetustorum/quæ delituere sub umbra
Scoppa hic solerti protulit hausta manu.
Quæq; sub Hetruscis sunt clausa/& condita nodis/
Et quæ Iudæo margine tecta silent.
Dorico/& Aeolico/& per mille uolumina rerum
Diffusa in uacuum uindicis aura tulit.
Explicat historias/abstrusa uocabula pandit:
Quæq; sub antiquo muta fuere situ.
Est operæprecium priscis adhibere nitorem:
Et lucem obscuris/ambiguisq; fidem.
Sed maiora tamen molitur / æquoris alga
Posthabita latum per freta carpet iter.
Siquis in hunc ipsum genuinum strinxerit atrum:
Archilochi ultrices sentiet ille manus

Eiusdem endeca syllabum.

Si dona exiguum iuuant per æuum/
Et quæ parturit obuius dierum
Ordo sub spacio ætheris fluente.
Plus mens euehitur perenni honore/
Et fama/& uolucri per alta uoce:
Si compta hoc agit artifex Mineruat
Quod nunc Petruciis lepore terso
Iam scoppa exhibuit/togamq; priscis
Aequat Scipiadis nitente lima:
Et quem protulit integer libello
Digno/quem pluteti tegant uetusti/
Et quem Romuleæ sacrent columnæ.

Eiusdem asclepiadeus

Claret Parthenope cultior artibus/
Et nostrum ingeniis fertile seculum:
Nec soli ueteres omnia uendicant/
Nec quondam Latium uertice florido.
Nam uires etiam pandit ab æthere
Pallas pectoribus dextera mollibus.
En scoppa in uacuum iunior edidit/
Quæ iure obstupeant candida tempora.

Lucii Ioannis Scoppæ carmen
ubi liber loquitur.

Impia lingua tace/& tu/qui post terga canino
Dente uirum laceras/impia lingua tace.
Non ego liuidulis missus de Præsule tanto
Aduenio/sed qui basia blanda dabunt.
Nil timeo sannas/& rancida uerba loquentis:
Pro me pugnabit Præsul/& arma feret.
Desine uaniloquas Liuor disperdere uoces:
Archilochi ultrices experiere manus.


V. IO. SCOPPA THOMAE POLIO salutem/Hominibus nihilmagis competere/q̃ parēt consiliis/& cęteris prodesse iugiter existimaui: qđ qui præstiterit/inter immortales potius/q̃ mortales erit censendus. Hinc Antiquitas illa cunctis obseruā da multos enumerauit Heroas/atq; Deos/&illis sacra quotannis sanciuit inuiolanda. Quæ qum mihi semper imitanda proposuerim animo: nunc maxime præstanda curabo. Hic enim calcographus nuperrime nostros adiuit lares ueniam collectanea malleandi petiturus /rogaturusq;/siquid(quoniam in iuuenta e nostro fluxerunt sinu) addere uoluissem/ recognouissem / & addidissem. Ipse meam causans ualetudinem renuebam. Actutum tu nostrum / dum hoc altercabamur / subiisti cubiculum / hęc accipiens non solum meam increpebas secordiam / sed admonebas quoq; / & ut reuiderem & augerem / subigebas/& a me/donec non recepi / di gredi uoluisti nunq̃: quod qum promisissem plus q̃ iniunxeras oneris suscepti non inuitus/tum ut tibi obtemperaré: tum ut impressoris consulerem lucro. Libellum itaq; non parum tibi commendatum ac curatiuus lectitaui/& cum auctorio cudendum exhibui. Et quoniam cæteras nostras sum propediem editurus fœturas tuumqum e nostris diuertor studiis/&grauiora/acutioraq; penetro/pensiculatum(ne Icario deciderem lapsu)filum præoptarem. Tu namq; Polius/& merito Polius es Polo philopho non inferior. Nomen enim a Polo idest Cælo sortius fuisti. Tanta namq; ingenii perspicacitate/ iudicii maturitate / & uelocitate/astrorum scientia/medicinæ peritia/& sedulitate/philosophiæ indagine/logices subtilitate/dicendi copia in utraq; lingua præditus primū nostra tenes memoria locū. Proinde (quia docti doctos amāt / & fouent)te uelim oratum/nos aliquando reuisas: nostrumq; ne graueris colloquium /uale nostri memor Neapoli nonis Iuliis 1534.

Horum Authorum loci præter aliorum opinionem enucleati / & alia multa scitu digna.


VCIVS IOANNES SCOPPA Parthenopeus Ioanni baptistæ Petrucio Archiepiscopo Tarentino felicitatem/& bene agere:Solebant maiores nostri Veneráde Præsul fructuum primitias templis/ac deis offerre. Sic enim & opibus ditescere/ & superis in dies se fieri gratiores autumnabant. Idcirco ne ab illorum uestigiis discederem/tuos tanq̃ delubra meis adire penates primitiis nó peristromatis/& aulæis ornatos/non argento/auro/ & purpura fulgẽtes/sed moribus/omniq; uirtute decoratos destinaui: te quoq; qum sacris initiatus fueris non secus/atq; immortalem colere/ ac uenerari deũ non hæsitaui. Tu namq; probitate tertius Cato:ꝙ obscenos/audaculos/temerarios/obtrectatores/liuidulos/atq; locutuleios non aliter q̃ nauigantes in æquore precipitantes scopulos euitant/contemnis/& effugis/odioq; uel maximo semper habes:contra bonis moribus præditis/& optimo cuiq;/& literatis adeo te facilem præbes: ꝙ quisq; qum id ipsum conspexerit/admiratur/& obstupescit. Tu consilio Nestor alter. Verum namq;/& rectum absq; arte Gnatonica cunctis ad te properantibus euestigio consulis. Tu pietate in omnes alter Aeneas. Pauperibus enim/& egenis non modo stipe/sed omni etiam conatu iugiter opitularis:diuina quoq; licet magnis districtus negociis/& angustiis inquies nunquam omittis. Quid?est igitur in præsentia receptui canendum. Præstantius enim est silere/q̃ paucula loquendo perstringere:sed illud unum silentio non præteribo.ꝙ Parthenopeis uti Romanis olim Scipiadis duobus belli fulminibus/sic nobis tria literarum habentibus gloriari licet/te poeta lepido/atq;facundo/oratore graui/&copioso/altero tuo germano Episcopo Larinensi dialectico acuto/philosopho subtili/theologo sublimi/& cælestia cuncta rimanti/tertio Seuero iurisconsulto consultissimo. Cæterum hæc compendiose impræsentiarum de te/tuisq; germanis duntaxat delibaui·Nam tuarum laudum & illorum cumulum oratione longiore in reliquis / quæ supra sexcenta sunt/annotamentis tuo nomine propediem exituris/si hæc paucula nõ aspernaberis/conscribam. Quæ omnia si tibi non neglectum iri sensero/maledicentium/& inuidorum inania uerba merito crepitibus uentris ab Epicuro cõparata pilifaciã:sunt etiam post annotamenta grammatices opus/& commentaria quædam excudenda:quæ simul omnia in lucem q̃ plurimorum opinione celerius depromentur: bene uale/ & me sicuti soles ama Neapoli decimo kalend. Iunias anno domini. M. D. V I I.



Cap.i.

NOn possum/quum multa authorum uolumina lectitauerim/sub inde non admirari:tum q alter alteri repugnat/ac quadam in/terim nota dissentit:tum q multi/ne aliorum uestigiis demum insistere uiderentur:manca/mutilataq;/unde uix ueritas elici potest/re ponunt/et nonnunquam aliquid omittunt:hoc idcirco dictito: q supe/rioribus diebus Pausaniam historiae graecae scriptorem eminentissimũ ac antiquitatis scrutatorem nactus/confestim oculis percurrere coepi:ubi in liminari primi uoluminis pagina secus/q̃ a Strabone in septio deci/mo scriptum fuerat/legi. Refert enim strabo primum Ptolomaeũ fuis/se Lagi filium/cui uelut agmine facto Graeci pariter/& Latini astipulã tur omnes. sed hic/quẽ nuper dixi Pausanias aliter sentit. Tradit nãq; q Ptolomaeum Macedones dicunt putatum fuisse filium Lagi/sed re uera Philippi fuit. Matrẽ enim illius iam grauidam ex Ptolomaeo La/go Philippum in matrimonium dedisse. haec Pausonias:quibus uerbis Philippi/& non Lagi fuisse filium constat. Caeterum ne tantae Strabo nis maiestati obstrigilarem/lectorem admoneo/ut quam harũ senten/tiarum malit/persequatur. Nostrum namq; fuit:utrumq; ut auspicanti bus studia prodessemus/indicare.

Strabonis error

Ptolomaeus cu/ius filius

Cap.ii.

PAucis ante diebus qum adiuissent me ANGELVS Marina Clericus Montemurranus & Scipio Caputus iuuenes uitae inte/gerrimi/narisq; haut obesae/quiq; carmina/solutamq; haut uulga rem/sed priscae togae comparandam orationem examẽ/atq; trutinam exacturi nostram lectitassent/& mihi cuncta perpendenda tradidissent: ecce Antonius Annicchinus Beneuentanus in excutiãdis/trutinandisq; authoribus Aristarchus alter:in cudendo tamen numeroso carmine/& prorsa oratione nulli synchrono cedens introrupit. & uix uti compete bat(fueramus eñ iamdiu loci/& temporis intercapedine seiũcti)salu/tasset/& me situlam fontano latice orificio tenus imbutam haurietem offendisset:& subortam commodum contentionem de Prandio ca/nino accepisset/actutum qui suus est mos/tanta disserẽdi peritia/facun dia/ingeniiq; solertia Gellii partes tutari coepit:q omnes me Hercules admirabantur/& obstupescebant:tandẽ in Gellii/caeterorumq; senten/tiam iuerunt omnes. Ipse uero/qum multa hinc inde discussa percepe rim/subrisi:quod qum conspicarentur/ut assererem/cur sic cachinnarer impulerũt:quibus ipse reluctari nequiui atq; ut pleniori demererer ob sequio/libellum nostrum multis/uariisq; floribus refertum/atq; opple/tum promendum iussi:ubi quod subnectam/non legerunt modo / sed quoq; calcographo malleandũ ut traderem/subigerunt:& quod exscri/bendum trubuissem/inde digredi uoluere nunq̃. Prandium appono ca

Prandium cani num

ninum]est/quod dicitur/nunq̃ te saturo. ¶ Tractũ est prouerbium a ca nina laborantibus fame/quæ ex frigoris ratione consequitur/& hyema libus potissimum horis. Quippe frigoris uiolentia, calore genuino ad intima coacto intollerabilis/atq; insatiabilis edendi cupiditas iniicitur/ intenditurq;/quam græce βουλιμίαν bulimian/nostri caninũ nun/ cupant appetitum:quæ fames non expletur nisi uino:quod tractatu no no Almansoris cap.66.his patet uerbis quin aliquis famen assidue pa/ titur/& cibus post comestionem adeo grauat eum/ut aut uomere/aut per inferiorem regioné ipsum eiicere cogatur; rizi dandũ est ei, quod dũ coquit᷑ ex liquore/q̃ fluit ex agno/q̃ in furno assatur/impinguatur/ & cauda/& ei similia;nec nõ ex oĩ cibo/qui unctuosus ẽ:& uinũ uetus purũ dandũ ẽ/ut euomat:& hoc regimine seruãd⁹ ẽ/donec sanet᷑:q; si neq; cib⁹ eũ grauat/neq; ip̃m euomit; neq; p̃ secessum expellit:carnes uaccinæ sũt dãdæ/& frumẽtũ coctũ/& puls/& riza,cũ lacte:& aquã fri/ gidã in potu sumat:& in aere frigido moret᷑:hac aũt ægritudine labo/ rans nil acetosũ & stipticũ/neq; acutũ comedat:sed dulcib⁹/& unctuo sis solũ utatur:de qua fame/siue appetitu canino meminit Alicenna.i. Cenna filius Ali/qui a recentioribus medicis sed satis perperam Auicẽ na uocatur/lib.iii.fen.13.cap.12/& Arist.in.7.problematon in princi/ pio/& Albertus de animalibus habentes caninũ appetitum ex frigore habere eũ:&.13.uenter canis & similes sibi sunt minores:nec est in eo multum post stomachum/ex quo concoctio fiat. Hippocrates.2.senten tiarum famen uini potio soluit:uini potionem appellat Hippocrates θωρηξιν thorexin in libro/quem de natura/uictuq; hominis fecit:ait enim uictus nequaq̃ causa est/quo morbus omnes prehendat subinde natu minores/ puectioresq; ætate mulieres/& item uiros / atq; etiam thorissomenus/& Galenus in.2.in sententias Hippocratis thorexis.i.ui ni potio/ut discutiat famem/docuit/& Hercules non omnem inopiam appellans famem/quemadmodum aliqui inscite/inepteq; crediderunt: sed etiam quæ famelicos infestet appetitione anxia/& irrequieta cibo rum/quam nonnulli caninam cognominant. Namq; huiusmodi famẽ curat uini potio/non eam/quæ propter inediam/aut alui fluorem: san/ guinisue profluuium/uel aliam uacuationem accidit. Qui enim ob ali/ quam id genus causam esurit/ei epotum uinũ non prodest/sed mirabi liter obest inferẽs cõuulsiones/deliriaq;:si uinũ ante cibũ mergit᷑. Ego quoq; ita reddidi uitæ quosdã assidue famescẽtes ad bibẽdũ large præ cipiẽs uinũ/quod inquã admodũ calefaceret. Non eĩ acerbũ uinũ talẽ famẽ cõuellit:q̃ppe quod nequaq̃ calefaciat/sed ruffum/seu rubrũ non acerbũ caninæ appetitioni noĩe præsentaria medela cẽset᷑. Nãq; opor/ tet/simul ad summũ deuenerint/ingerãt opima:& ut q̃spiam dixerit: oleacea;nec nõ cætera/q̃ copia olei cõcinnãt᷑;sed potissimũ nihil auste

Bulimia
Caninus appeti tus
Canina fame la borans

Alicenna
Auicenna

Thorexis

Quorũdã error

rū/.ut acerbū esto: mox ex memoratis uinis aliq̄d quāq̄ nō sitiāt sorbui pcipiēdū ē. Fames.n. ab hmōi uictus ratione protinus cōmitescit/obtun diturq;: post sæpius ita agentibus consilescit/atq; moritur. Quin etiam canina appetentia uel ob unam frigoris intēperiem/uel ob acidos quosdam succos fieri soleat utrunq; memoratum uinum affectum exoluit/ hactenus Galenus/ Idem in.6.de affectis locis solent/quos canina infestet appetētia/astatim impleri/mox uomitu leuari/aut deiectione/siuo neq;: possemus quoq; dicere prandium appono caninum.i. magnam do cœnam/& prandium. ¶ Quod prodest/& esse debet in usu frequenti prandii illorum laborātium canina fame/quam medium sedat uinū .i. ruffum/siue rubrum/quod πέψιν pepsin.i. cōcoctionem facit. sed priori magis accedo sententiæ. Quamuis non me prætereat Gellium in.12.cap. ultimo hæc scribere non uides apud Mneschē um scribi tria genera esse uini/nigrum/album/medium/quod κιῤῥον cirron.i.giluum nouum/uetus/medium/& efficere nigrum uir. album urinam/ mediū πέψιν pepsin.i. concoctionem/nouum refrigerare/uetus calefacere: medium esse prandium caninum. Prandiū autem abstemiū/ in quo nihil uini potatur caninū dicitur. quoniā canis uino caret. Qum igitur medium uinum appellasset/quod neq; nouum/neq; uetus esset: & plerunq; homines ita loquuntur/ut omne uinum aut nouum esse dicant/aut uetus/nullam uim habere significauit neq; noui / neq; ueteris/ quod medium esset: idcirco pro uino non habendum: quia neq; refrigeraret/neq; calefaceret: hæc Gellius. Verum ita sibi uerborum inuolucro repugnat/seu potius intricat: q̄ si uitam ageret/quin repugnantia loquatur/non facilius se ipsum extricaret. Refert.n. tria esse uini genera nigrum/album/medium/quod uocant cirron.i.giluum / quod prandium esse caninum ait Gellius: id esse dubio procul affirmo/quod authores a nobis superius citati ruffum / siue rubrum appellant ad differentiam uini nigri/& albi/quod famem sedat caninā/& pepsin facit: nullo modo est accipiendum neq; nouum/neq; uetus. Non de nouo/& ueteri/ sed (ut patuit) uino/nec de aqua loquitur Varro. Ad hoc si medium esset aqua non faceret pepsin. Aquæ namq; natura non est amica stomacho/nec cōcoctionē facit/sed debilitat potius/diluit: non fouet/ac (quoniam in aqua nihil est nutrimenti) nutrit/quod medio competit uino: & medici/ac philosophi consone sicuti retulimus uino/non aqua famē sedari caninam comprobāt. Et quoniam nostrum iugiter fuit nihil dū legēti cōduceret intactū deserere: proinde thorexis.i. uini potionis etymon scrutari deducimus a θωρήξασθαι thorexastæ/quod est tum armis instrui/tum ebrium fieri. quoniam thoraca.i. pectus calefacit. Cæterū prius q̄ huic coronim imponā capiti/hoc ptcrire silentio destinaui nūq̄: eoq; magis/q̄ me nō latet fore nōnullos/& medicos maxime admi

Prandiū caninū

Pepsis

Gellii error

Vini genera

Thorexis

raturos:cur ipse βουλιμίαν bulimiã/seu βουλιμὸν bulimõ supius repofuerim:& ipsi tam in Alicenna/ q in cæteris autnoribus nobis ad ductis antiquariis/ & neotericis bolimum a bolo nimis inepte dedu/ centes:q̃ uno tantum bolo expleatur stomachus/&legunt/&præcipiũt: illos omnes quæso/nostra ne prius lancinent/atq; sugillent/q̃ ratio nem admiserint. Bulimiam/seu Bulimon esse dicẽdu uel magno conte nde rem pretio seques Serapionem tractatu tertio deducente a βου bu in tẽtiua & limos fames:q̃ magnã sedat famem:sed hæc hactenus. Plura namq; si nobis aliquantulum/ quo supremam imponam manum/uitæ suppeditabitur in nostris legetis.

Alicennæ locus

Bulimia

Bulimon

Cap.iii.

Oratii locus

ORatius in epistolarũ primo hęc scripsit carmina o ciues/ciues quærenda pecunia primum est/uirtus post numos.hæc Ianus summus ab imo perdocet:In quibus enucleandis carminibus quid peritissimi senserint commẽtatores/ibi quisq;(ni pigeat)lectita/ re poterit. Hic.n.nostra qualiacunq; sunt/& non aliena recensere/ præ/ cipereq; destinauimus:& hanc nos asserimus sententiam o ciues ciues pecunia primum / post uirtus est quærenda. Hæc namq; summus Ia/ nus.i.summa pars uici/quæ summus Ianus dicitur/perdocet/ut post nu mos uirtus quæratur:ut sit tropus/&intelligatur non modo totus uicus/ sed etiam tota Roma.i.omnes Romani hoc referunt.q̃ summus Ia/ nus dicitur summa pars uici/in quo colebatur Ianus / & templum ha/ bebat Cornutus philosophus de urbis Romæ antiquitate ad Pale/ monem grammaticum hæc scribens apertissime monstrat:Inquit eñ Iani templũ biforis in Cliuo Capitolino uetustissimum crustatis mar/ moreis/uel e Pariis columnis uidimus:quia in medio eius cliui summi tas Ianus summus/& Imus in extremo cliuo appellatur:locus sub tem plo Medius etiam Ianus dicitur:ubi puteal/& fœneratores incolerent: hucusq; Cornutus:quæ Cornuti uerba cum Oratianis adeo conueniũt: ut alter ab altero mutuari uideatur. Proinde credimus nullum fore/qui aliter/q̃ nuperrime a nobis interpretari audebit. Et quoniam locũ sub templo/ubi puteal/& fœneratores incolebant/Medium etiam Ianum dici Cornutus affirmat:non ab re esse duximus alterũ Oratii locum in sermonum secundo sic præter & interpretum/& aliorum sententiam exponendum ut Damasippus qum ait / postq̃ omnis res mea Ianũ ad medium fracta est/intelligat se alieno ære/fœneratorumq; usuris omne consumpsisse patrimonium.in quo etiam significatu in 6 Antoniana rum medium Ianum accipit Cicero/&de hoc intelligit Ouid.in.2.de remedio qui puteal/Ianumq; timet celeresq; kalendas / torqueat hunc æs is mutua summa sui:cuius in foro statua triplex fertur fuisset ad unã conuenire creditores:ad alteram/qui fœnus redderent/ ad tertiam qui

Iani templum

Oratii locus

Cicerenis locus

Ouidii locus

Iani statua

Puteal — locarét. Verum quia hi conueniunt authores: hoc / quod est scitu dignū aperiamus. Puteal nō modo dici / interpretariue / quod ibi credita debitori dans dona tanq̃ in puteum mittit / sed est quoq; ut Pomponius. ff. de actionibus empt. & uenditi quo putei operiuntur hoc est umbella quædam / aut petasus. Verum prius q̃ ad alia transeamus: hoc non omnibus tritum asserimus in Comitio in gradibus ipsis ad læuam curiæ fuisse Accii Nauii statuam capite uelato: quo in loco cotem nouacula discinderit: qui locus ut Dionis. uocabatur a Romanis puteus: ubi ara est subterranea Ci. in diuin. cotem inquit / & illam nouaculā defossam in Comitio / supraq; impositum puteal accepimus / Val. in primo quum a Decio Accio Nauio augure prohiberetur offensus interrogauit: posset ne fieri / quod ipse mente conceperat: posse fieri dicente / iussit nouacula cotem discindi: qua Decius allata / administrato incredibili facto effectum suæ perfectionis oculis regis subiecit. Ibi ergo quin in Comitio foret / iudicia exercebantur. Hoc etiam (nequid omissum uideatur)

Accii Nauii statua

Puteus

Vicus Thuscus — subnecto forum Boarium / Piscarium / Trāsitorium / & Venale Iano dicatum erat / & totus Vicus Thuscus a summo Argiletho / ubi est summ⁹ Ianus in foro transitorio / & Circo Maximo usq; ad imum Argilethū: ubi Ianus quadrifons ad radices Capitolii: qui uicus thuscus omnium Romæ urbis uicorum nobilissimus / et opulentissimus / et prædiuitibus mercatoribus plenus erat / et dictus fuit nō a Thuscis remanentibus Romæ sub Porsena ut falso refert Li. in secundo ab urbe condita / et Dionysius in. v. sed a Tuscis / qui duce Calerito fauerūt Romulo / quod Propert. li. 4. elegia secūda demonstrat at tu Roma meis tribuisti premia Thuscis / unde Vic⁹ hodie nomina Thusc⁹ habet / et Var. in primo post mortem Celii Thusci / quia non suspitione carebant / iussi sunt in conuallem descendere / et ab eis dicitur Vicus Thuscus / ubi est et templum Vertunni / qui est princeps Etruriæ: quin etiam ante Porsenam annis 40. supra ducentos Var. in primo de lingua latina refert uicum Thuscū fuisse sub Romulo. Et quoniam diximus summū Ianū esse in summo Argiletho in Vico thusco ad Capitolii radices a priori nostra discrepare uidebamur sententia: sed bonos imitati trapezitas in unum uelut in coticula cūcta scitu digna quoad possimus / nequid amplius a curiosis desideretur / perstringemus. Celeberrima Iani ædes / quam Numa ut Li. ad infimum Argilethum fecit / aperta bellum / clusa pacem significabat / inter duo fora Boariū / & Piscariū erat: apta bellū / hoc ideo ut ad bellū proficiscentibus pateret egressus / uti reuertētibus (quoniam semper de reditu cogitant) regressus: uel ab bellum ituri debent de pace cogitare / uel ad conflictum et prelium euntes reuersionem optant: uel quod Romani in bello Sabino / quod raptis uirginibus gestum est / portam / quæ erat in radicibus Collis Viminalis deinde ab euentu Ianualem uo/

Liuii et Dionysii error

Iani ædes

Iani porta quid significat aperta

Porta Ianualis

catasñ claudere uolebant : & qum ter clausissent/& totidem sua spon/te pateret/armati ingressum custodiebant:mox qum audirent ab alte/ra parte suos a Tacito fugatos fuga arrepta custodiam deseruerũt. Erãt irrepturi Sabini qum extemplo per hanc portam magna uis torrentiũ scatentibus undis erupit/& multas cateruas hostiũ aut feruentibus ustas aut uasta uoragine deuoratas ferunt:ea re placitum ut belli tempore ue lut ad urbis auxilium/& spem pristini auxilii præfecto deo reserarent. Claudebatur templum pace uel ut furor coerceretur impius intus sæ/ua sedens super arma / & cẽtum uinctus ahenis post tergum nodis fre/meret horridus ore cruento : uel ne pax discederet ut pace fores obdo nequa discedere possit / uel apertus Ianus in armis esse ciuitaté/clau/sus pacatos omnes circa populos significabat. Ad Iani tẽplum bellum suscepturus consul frequenti senatu/ primoribus patrum / ac militibus comitatus accedebat incinctus ritu Gabino/qui amictus erat toga super tergum sic reiecta ut lacinia reuocata hominẽ cingeret & is consul tem pli fores aperiebat/qui prior creatus esset Verg.in.7.insignis aperit stri dentia limina consul:cuius templum non ter ut aiunt/sed quinqes clau sum fuit semel a Numa Romanorum rege secundo annis fere.4.& quadraginta/quo tempore regnauit Romæ : quando homines a belli tumultu ad deorum cultum/curamq; reuocaret. Iterum Tito Mallio consule post primum bellum punicum / qum ad Egates insulas nauali prælio contra Carthaginenses Luctatio/& Mallio consulibus/ anno ab urbe condita fere quinquagesimo/quo tempore Carthago uectigalis/& stipẽdiaria populo Romano facta est:& ter ut Orosius in.vi.clausit Au gustus primum post Antonium/& Cleopatram deuictos quo die pri/mum Augustus salutatus est:mox profecturus in Hispanias cum exerci tu aduersus Cantabros aperuit portas/quas iterum clausit in honorem Cantabriæ uictoriæ:deinde qum ab oriẽte in occidentem/a septentrio ne in meridiem/ac per totum Oceani circulum cunctæ gentes una pa/ce compositæ forent/Iani portas tertio clausit Augustus:& ideo qnqes nõ ter Ianus clausus fuit : post quos Nero princeps / & deinde Titus Cæsar euersa Hierosolyma/& bellis confectis Iani templum clausisse feruntur.&sic septies clausum. Vnde digressi sumus/repetamus: Idẽ Li. in primo ab urbe cõdita refert ab hoc ĩfimo Argiletho ad superiorẽ bi frons trãslatus ẽ/& in ĩfimo substitutus quadrifons/ Idẽ ut animos fero ces reuocaret Numa ad infimũ Argilethum Ianũ fecit indicẽ belli/& pacis:bifrontẽ fingebãt/ut siue bellum/siue pax futura esset / sub ipsius præsidio/& tutela foret:& apertus Ianus omnia hostilia esse / & cun/cta bello ardere ut deus contra hostes præfectus/& clausus omnia tran/quilla pace uigere/et ab armorum strepitu pcul esse designabat:de quo Ser.in Aen.7.simulacrũ inqt hoc Numa instituit circa imũ Argilethũ

Iani porta quid significat clausa

Iani templum quinquies et nõ ter fuit clausum ut aiunt

Iani templum septies clausum

Ianus index belli et pacis

Ianus bifrons

Ianus apertus et clausus

iuxta theatrũ Marcelli.in breuib⁹ duob⁹ tẽplis:duob⁹ aũt pp Ianũ bi/frontẽ/Idẽ postea uero tradit captis Phaleris urbe thuscie inuectum est simulacrum Iani cum quatuor frontibus/unde in quo Numa instituerat translatum est ad forum transitorium/& templum quatuor portarum/ibi constitutum est.Ianum fingebant bifrontem quasi superum/& inferum ianitorem/uel quasi diei dominum uolebant/in quo ortus & occasus Orat.matutine pater/seu Iane libentius audis:alii totius anni dominum/quem in quatuor tempora constat esse diuisum uer/æstatem/auctumnum/& hyemem/uel q in quatuor spectat partes orientem/occidentem/septentrionem/& meridiẽ ideo quadrifrons:& qum sit cælum ut patebit/est dominus uertentis anni & deus/quem Phœnices ut Macro.in primo fingebãt instar Draconis in orbem redacti suã deuorãtis caudã ad modum cæli reuoluentis ut appareat mundum ex seipso ali & in se resolui:uel quia idem est finis/& principium anni. Ianum quidam solem demonstrari uolunt / & ideo bifrontem quasi utriusq; Ianuæ cælestis ortus / & occasus potentem.qui exoriens aperiat diem/occidens claudat Macrob.habet in ueste formas omnium rerum/cui primitias quatuor temporũ anni offerebant in uere cerasos/& lactantes spicas/in æstate mora / & primum maturescentes uuas/in auctumno pruna/& huiusmodi/hinc Propertius in quarto primũ mihi uariat liuentibus uua racemis/& coma lactenti spicea fruge tumet: hic dulces cerasos/hic auctumnalia pruna cernis/& æstiua mora rubere die:siue q is annorum/mũdiq; sator ut Martialis complexus est uniuersa mundi climata.Sunt qui & bifrontem Ianum fictum asserunt:quia græcus fuit ut Plut.in quæstionibus/ qumq; in Italiã traiecisset linguã simul & uictum mutauit:uel qum in Italia regnasset/& Saturnũ a Ioue pulsum excepisset hospitio/ab eo edoctus usum uinearum/& falcis ferum illum/et iam rudẽ ante fruges cognitas uictum redegit in melius/factusq; prudentia geminam faciem percussisse traditur:ut quæ ante/quæq; post tergũ essent/intueretur:quod dubio procul ad regis prudentiam/solertiamq; referendum est/qui & præterita nosceret/& futura prospiceret:sicut Anteuorta/& Postuorta aptissime diuinitatis comites Romanis colebantur : et ut duplici facie bifrons effingebatur/sic binis utrinq; foribus munitum erat templum:ut alteris orientẽ solem/alteris occidentem prospectaret.Alii ut Ser.in.xii. referunt ubi Romulus/& Tacitus in fœdera conuenerunt Iano simulacrum duplicis frontis effectum quasi duorum imaginem populorum:& fuit ex stipite ligneo factum Prop.stipitis acernus eram properanti falce dolatus ante Numam.Quia ut Berosus in.3.is deus est pacis/concordiæ/& fœderis:& ob id inter duas naturas discordes Ianus est/qui & Vertunnus. Quia uertit eas ad pacem/& concordiam non solum homines/sed & arbores

Ianus bifrons
Ianus quadrifrõs
Iano primitias
Ianus bifrons
Anteuorta
Postuorta
Iani simulacrũ
Ianus pacis/concordiæ fœderis deus

arbores ut patet in insitione arborum diuersarum naturarum: & quia facit eas concordes Ianus/&in fœdera uertit;ideo ipsi prima insitionis poma dicabātur Prop. insitor hic soluit pomosa nota corona/qum pri⁹ inuito stipite mala tulit. Quod dicitur Argilethus imus/& summus cū Liuio/& Seruio Pictor Fabius sic scribēs conuenit. Lybissus ait Circus Maximus/Forum transitiorum/Argilethus superior/Argilethus imus/ Idē Pictor/& Var. in primo campus Argæus dictus ab Argo Euandri hospite/& comitibus Argiui Herculis/qui ad Euandrum. i. bonum uirum uenerunt/& in Saturnia subsederunt: hinc extrema Argiletha dicuntur: superior Argilethus dicitur in principio Vici Tusci sub Celiolo inter Circum Maximum/& Auentinum/ubi lethum Argi/& sepulcrum est. Imus uero Argilethus ubi Ianus quadrifrons/qui & Vertunnus in fine Vici Tusci ad radices Capitolii in foro Boario ubi Saturniæ uestigia/Varro Celianis uero quia suspitione non carebāt/datus est Celiolus coniunctus Celio. Dionysius uero Halicarnasseus in. v. ab his dissentit. Vicus inquit Tuscus est conuallis extensa ferme quatuor stadiis a Capitolio usq; ad Palatium/a quo quidem est transitus in Circū Maximum: ergo non pertingit a Capitolio usq; Celium/& ultra/hæc ille. Nos autem cum prioribus potius/q̄ cum hoc sentimus. Illi nanq; Romani audiuere/conspexere/indigauere/cronica lectitauere/ mox literis commiserunt omnia: hic audiuit fortasse tantum/&si sit intuitus non ita propensius: illis ut ciuibus maior est fides adhibenda. Quia de gentis antiquitate/& origine ut Myrsilius ait magis creditur ipsi genti/atq; uicinis/q̄ remotis/&externis. Quod Iani tēplum erat in Vico Thusco Xenophon teste Macrob. in primo Saturnalium ostendit/& cui ut Idē omnium principia rerum/&introitus/itemq; temporum qualitates/ exitus/& fines sacrati/dicatiq; erant: & ut principium rei uertendæ feliciter aspiraret tanq̄ ianua Ianus inuocabatur. & ob id in foro Boario/& in initio Vici Thusci posteri sub nomine Iani posuerunt. Verū quia de Argiletho meminimus/prætereundum non esse diiudicamus Argilethum dici nō ab Argilla/quæ ut Varro ibi effodiebatur/sed ab Argiletho. i. morte ut ex Pictore Fabio patuit/& Vergilius antiquitatis curiosus & indagator in octauo indicat nec non & sacri monstrat nemus Argileti/testaturq; locum/et lethum docet hospitis Argi. Campus uero Lybissus ut Festus dictus fuit a Cerere frugifera/ quæ ex Lybia rate uecta in Vicum Thuscum primū fruges illo aduexit: unde et Campus Lybissus/et ipsa Lybissa dicta est: quæ Ceres ut Pli. in. 7. cap. ultimo prima inuenit frumenta: qum antea glande uescerentur mortales: eadē molere/& panes conficere in Acthica/Sicilia/et Italia: et ob id dea putata/eadem leges dedit: quæ Ceres fuit Aegyptia/et Isis dicta soror/et coniux Osiridis ut Diodorus in primo/et ut Berosus in. 5.

Ianus insitionis deus

Argilethus

Campus Arge⁹

Euander

Dionysii error

Vicus Thuscus

Iani templum

Iano principia/ introitus/exitus/ fines temporum qualitates

Argilethum

Varronis error

Cāpus Lybissus

Ceres frumenta molere panes.

Isis

affuit Iasii nuptiis & uniuersum ferme orbem lustrauit:primos obtu/
lit panes in gratiam Iasii regis in nuptiis/& hoc ante Troiam condi/
tam/hinc Vergi.prima Ceres unco terram dimouit aratro / prima de/
dit fruges/alimentaq; mitia terris/prima dedit leges/Cereris sunt oia
vergilii locus munus:& quia panes inuenit Ceres ponitur pro ipso pane Verg.in pri
Osiris mo Cereremq; canistris expediunt:& ut Idē Berosus in.5.Osiris puer
& adulescentulus inuentis casu a se/& a sorore adulescentula frumen/
to/& frugibus/& inuento aratro/& his/quæ ad agriculturam pertinent
sensim uniuersum peregrauit orbem docens quæcūq; inuenerat/ & ita
Vergilii locus uniuerso imperauit orbi/hincq; Vergi.in primo Georgicorum uncique
puer monstrator aratri/ Tibullus in primo elegia.7.primus aratra ma/
nu solerti fecit Osiris/& teneram ferro solicitauit humum/ primus in/
expertæ commisit semina terræ/pomaq; non notis legit ab arboribus:
hic docuit teneram palis adiungere uitem / hic uiridem dura cædere
falce comam:& docuit arbores putare .Et quoniam multa utilia/sci/
tuque digna reposuimus: nō ab re duximus esse referre quis fuerit hic
Ianus/quæq; inuenerit/&unde dicatur:Berosus antiquitatis scrutator/
Noa & assertor hæc in tertio ait tunc senissimus omnium pater Noa iam
Ritus sacri antea edoctos theologiam/& sacros ritus cœpit etiam eos erudire hu/
Theologia manam sapientiam:& quidem multa naturalium rerum secreta man/
dauit literis/quæ solis sacerdotibus Scithæ Armeni commēdant. Neq;
enim fas est illa ulli inspicere / aut legere / uel docere / quam solis sa/
Rituales libri cerdotibus/& inter sacerdotes dumtaxat/sicut & quos rituales libros re
Saga liquit/ex quibus illis primum Saga nomen fuit inditum.i.sacerdos/sa/
Astrorū cursus crificulus/& pontifex.Docuit item illos astrorum cursus/& distinxit an
Annus ad cursū num ad cursum Solis/& duodecim menses ad motum Lunæ: qua sciē
solis tia prædicebat illis ab initio quid in anno / & cardinibus eius futurum
Menses ad mo/ contingeret:ob quæ illum existimauerunt diuinæ naturæ participem:
tum lunæ ac propterea illum cælum/& Solem cognominauerunt: qumq; iuisset
Kitim ad regnandum Kitim/quam nunc Italiam nominant: eumq; cogno/
Pater deorum minant Cælum/solem/chaos/semem mundi / patrem deorum maio/
Anima mūndi rum / & minorum / animam mundi mouentem cælos / deum pacis/
Deus pacis/ iusti iusticiæ / sanctimoniæ expellentem noxia / & custodientem bona: &
ciæ/ sāctimoniæ ob hoc illum utræq; gentes signant in scriptis cursu Solis/& motu Lu
Claues religiōis næ/& sceptro dominii / quo malos/ & noxios expellebat a cœtu ho/
Tythea Aretia minum:& castimonia corporis / & sanctimonia animi / duabus claui/
Esta bus religionis / & felicitatis. Neque minus Tytheam / quæ mater
Sēpiternus ignis omnium erat / Aretiam idest terram uocabant/& Estam idest ignem
sacrorum post mortem cognominauerunt. Quia ipsa regina sacrorum fuerat/
Vites Vinum & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum serua/
re.Noa primus omnium inuenit uites / atque plantauit & uinum con

ficere docuit. Ob beneficium inuentæ uitis/& uini dignatus est co/gnomento Iano/quod Arameis sonat uitifer/& uinifer: hæc Be/rosus; quod Metasthenes sic comprobat græci Ogygem uocant Noam cognomine Ianum/qui ex Phœnitia originem traxit/qui præfuit diluuio/& primum genus humanum ut antiquissimus omnium pater rexit: quam Estam/siue Vestam de penatibus unam affirmat Maro in 2. sacra/suosq; tibi commendat Troia Penates/hos cape fatorum comites/his mœnia quære magna pererrato statues quæ deniq; ponto: sic ait/& manibus uittas/Vestamq; potentem/æternumq; adytis effert penetralibus ignem: quos Penates ob Vestam idest ignem æternum superius Vergilianus Sinon æternos inuocauit ignes/simulans si hostibus patriæ secreta proderet se penatum offensam uereri: quoniam sacramento militari tenebatur/ut eo solueretur: Penatibus namque diis patriæ cura creditur: dicas ergo uos æterni ignes idest dii Penates/patriiq;/& non Sol/et Luna: qui Ianus in aureo seculo regnauit in Italia/quæ fuit habitata in primo generis humani ortu idest in ætate aurea/et ante Nynum Assyriorum regem seculi aurei uiolatorem ut scribunt Fabius Pictor/Sempronius/Cato/Trogus/et Iustinus. Kitim uocari Italiam/& Italum non modo Berosus indicat/sed etiam Ieremias contra Hierosolymitanos capitulo secundo in insulam Kitim idest Italiæ/& Isaias cap. 23. & Ezechiel 27. & Berosus in. 5. Kitim idest Italus pulso fratre Hespero in Italiam/regnauit/Idem paulo inferius Kitim ob mentis excellentiam Ianigenæ sua lingua uocauerunt Italum. Ritus ut Hiero. & Talmudistæ est bonus/siue religiosus/a quo Rituales libri Etrusci/in quibus ut Festus traduntur Ritus/quo Ritu sacrantur ædes/aræ/fana/tẽpla/urbes cõduntur/exercitus/& cẽturiæ distribuũtur: quos ritus sacros ut Bero. in. 5. Tages a Iano traditos/et aruspiciã auxit: et ut Xenophõ Fabi⁹ Pictor/et Macro. in pri. Satur. Ianus diis tẽpla fecit in Italia/& ritus sacrorũ istituit/prim⁹ aras/& pomeria/& sacra docuit Italos: ob id ꝑpetuã in oĩ sacrificio ꝑfationẽ meruit/et oib⁹ tẽplis ꝑest/& ianuarũ potẽs ẽ: quẽ cõstat nihil aliud esse/ꝗ chaos cõfusũ ut Hesiod⁹: hic Valerius Maxim⁹ in pri. prisco ẽt istituto reb⁹ diuinis opa dat: quĩ aliqd cõmittendũ ẽ ꝑcatiõe/qũ exposcendũ uoto/qũ exoluẽdũ gratulatione/qũ inqrendũ uel extis/uel sortib⁹ imptito cũ solẽni ritu ꝑagendũ sacrificio: cuius erit ordo/et sẽsus ꝑagendũ ẽ. i. oportet/qũ aliqd ꝑdictorũ fit/ꝑagere sacrificio imptito ritu. i. sacro/& religiõe sacerdotibus tantũ cognita cũ solẽni. i. festo duplici ut nũc nr̃i loquunt̃ sacrati: ubi ꝑagendũ necessario est reponẽdũ/& nõ abolendũ uti tradũt. Qui Ianus docuit Ianigenas Phisica/Astronomiã ut Berosius in v & teste Macro. in pri. Satur. Physici miris argumẽtis diuinitatis cõsecrant: docuit religionẽ/theologiam/moralem item philosophiam/diuinationes/beneficia/rationesq;

Ianus

Ogyges

Vergilii locus

Italia

Kitim

Ritus

Rituales libri

Aruspicia

Ianus diis tẽpla

Valerii locus

Phisica Astronomia Religio theologia moralis philosophia/diuinationes/uita ruralis & ciuilis.

uitæ ruralis/atq; ciuilis præstitit:quæ omnia usq; ad suam ætatem du/ raffe afferit Diodo.in.6.cui uti Macrob.in primo Sat.Var.in.5.diuina rum rerum/et Cato duodecim aræ dicatæ erant sub pedibus pro toti/ dem mensibus:et ideo Iunonius uocabatur non modo Ianuarii men/ sis/sed omniũ mensium ingressus tenens/& kalendarum Iunoni dica/ tarum erat princeps:ipsiq; perinde ac deorum parenti sacra fiebant sin/ gulis Kalendis/ad quod Octauio/quem ut unicum/et omnipotentem colebat deum/alludit adulans Vergilius in Bucco. bis senos cui nostra dies altaria fumant. Existimabant ipsum Ianum conuersum in animã cæli motricem; & ob id in eius manu esse omnes res in diuersas for/ mas/& status uertibiles ut elementa/lapides/uegetabilia/animalia/ho minesq;/& aliorum uita/actiones/& opera; penes quem solum sit ius uertendi cælestium/& terrestrium cardines hinc Ouid.in primo fasto/ rum quidqd ubiq; uides mare/cælum/nubila/terras/omnia sunt nostra clausa/patentq; manu:me penes est unum uasti custodia mundi/ & ius uertẽdi cardines omne meum est. Is igitur penes quem unum est om/ ne ius uertendi cardines/& omnia:est necesse ut unicus sit deus Ianus uertendarum rerum:qui orabatur in pricipio cuiusq; rei inchoandæ ut feliciter aspiraret/& in re inchoata ut ad felicem perduceret finem. Sa liorum carminibus antiquissimus deus deorum/& pater canebatur/& celebrabatur/ut Macrob.in Satur.hinc Ouid.primo Fast. tunc ego/qui fueram globus/&sine imagine moles in faciem redii/dignaq; membra deo/& Iuue. Iane pater:quem/& Iouem nostri maiores diis immor/ talibus rem diuinam facturi præfari solebant. Ioui nanq; omne debe/ tur initium. Ianus autem inuocabatur. Quia ianuis præest/humanis pre cibus ut ad cæteros deos aditum præstaret/& ianuã. Quia est deus in/ troitus/& omnium ianua:& non potest adiri ad aliorum deorum sa/ crificia nisi per ipsum:qum sit ut Berosus in.2.pater omnium deorum & hoĩm hinc Iuue. in.vi.sat.dic antiquissime diuũ respondes his Ia/ ne pater. Nam cælum afferitur pater omnium deorũ:& Ianus est cæ/ lum ut Berosus/Macrob.in pri.Sat.&Ouid.in primo Fast.etiam ut cæ lum regem sempiternum omnium uenerabantur ut Diod.in.4.in ægy pto statuas/& templa Ianus habuit:& ut Pli.in.36.cap.5.Ianus pater dicatus ab Augusto in suo templo ex ægypto aduectus fuit.. Et quoniã Philon afferit ab isto Ioas / atq; deinceps in rememorationem reges semper binomii/& trinomii fuerunt:ideo nõ mirandũ si Noa/siue Ia nus plurima habuerit cognomina:Hinc Berosus in.3. de primis ait co/ gnominibus Noę cognomine Iani primum cognomẽ est Chaos. Est autem chaos rudis indigestaq; moles ante omnes/& ex qua omnes pro deunt ut Ouid.in primo ad huius similitudinem Ianus/ siue Noa di/ ctus est chaos/& semen orbis:quia ex eius renibus/& semine informi/

Iano aræ
Iunonius
Vergilii locus.
Ianus in animã mundi
Ianus deus uer/tendi
Ianus deus deo rum
Ioui initium
Ianus ianuis
Cælum
Reges Binomii & trinomii
Chaos

& ex eius uxore Tythea Aretia.i.terra/in quam semen chaos imisit/ prodiit humanum genus/& ipse omnes præcessit tempore ut Ouid:in primo Fast.me chaos antiqui/nam sum res prisca/uocabant:aspice quã longi temporis acta canam. Ianus ergo/siue Noa cælum cognominatus est:& sicut ex ui cælesti/& terra cuncta prodeunt/sic omnes geniti sunt authoribus Iano/& Tythea uxore/quæ Aretia.i.terra aramice/et hebraice dicebatur/& Vesta/quam ut Ouid.in.6.Fast.nec tu aliud Vestam/q̃ uiuam intellige flãmã:est et terra/& ignis Idem in.6.Fast. Vesta eadẽ est et terra/subest uigil ignis utriq; & inferius stat ui terra sua ui stando Vesta uocatur:prius dicebatur Esta ab estios.i.igne/postea Vesta addito digammate v/uel accentu manẽte apud græcos supra E mutato in v ut Enetus Venetus. Nullũ enim fit sacrificium sine igne; uel quod uariis sit uestita rebus. Est nanq; terra/quam ignem habere non dubium est:Sciri nanq; debet primo Martii die ignem nouum Vestæ aris accendebant:ut incipiente anno cura denuo seruandi ignis inciperet. Et quoniam superius ex Beroso Ianum Sagam nuncupari retulimus/hic quædam scitu digna commemorare duximus. Sagam Festus exponit sacerdotem/expiatorem.Hiero.uero immolatorẽ/ sacrificulũ/ & pontificem:& quia tam apud nos/q̃ apud antiquos erant reges sacri: ideo ait Berosus.5.Sabatium Sagam patrem Sabi uenisse ad Ianum/ & comi acceptum hospicio/& in societate regni admissum:inde filiũ Sabum præfecisse populis trans Tyberim Thusciæ:ipsum uero imperasse in Latio/& in partem Thusciæ/quæ ab eo Sabatia dicitur:quem Aramei/& Etrusci Sagam dicunt/eundem Sabini uocant Sagni/Romani Sanctum.i.sacerdotem/religiosum/& purum:quæ nõ differunt significatione/sed sola deriuatione prolationis. A Saga nanq; Sagni/a Sagni sanctus deriuatur mutata litera G in ct. Tribus cognominibus dictus est pater Sabi: Primo a patria/& sacerdotio Saga/siue sagni / siue Sanctus: A participato regno cum Iano Semipater/siue semirex/ & a religione/atq; fide Fides/& Fidius:quæ tria Ouid:in.6.Fast.ita colligit quærebam nonas Sancto/Fidione referrẽ/ an tibi Semipater tum mihi Sanctus ait:cuicũq; ex his dederis ego munus habebo:nomina terna fero sic uoluere Cures. Cures est oppidum in Sabinis a prædicto Saturno extructum/aut a Sabo eius filio:hinc Silius in.8.& læti pars Sanctũ uoce canebant authorem gentis/pars laudes ore ferebant Sabe tuas/qui de patrio cognomine primus dixisti populos magna ditione Sabinos: Sabinos a se/sed patrio cognomine. Nam a Sabatio.i.a Saturno patre Sabus dicitur:quod Sabatius fuit author gentis cognominatus Saga: hinc Varro de antiquitate Sabinorum ait Medium Fidium condidisse Cures referente Dionysio/& M.Cato tradit nomen esse impositum Sabinis a Sabo diui Sagni gentilis filio. Reuertamur igitur ad Ianum/

Cælum
Aretia
Vesta
Esta
Saga
Sabatius saga
Sabus
Sabatia
Sagni
Sanctus
Semipater
Fides Fidius.
Ouidii locus
Cures
Sabini
Catonis locus

cuius simulacrū claui/& uirga & baculo effingebat:uirga quasi omniū portarū custos/& rector uiarū/manu significās dextra trecētorū/ sinistra sexagita qnq; numeri figurā. Tot enim dieb9 ānus terminatur:hinc Persici reges trecētos/sexaginta quinq; iuuenes puniceis uelatos amiculis p numero dierū totius anni/qui lateri astarent/manu promptos/& expeditos habuere:baculo ad uim repellendā/hinc Ouid. in primo Fast.nil mihi cum bello postes/pacemq; tuebar/et clauem ostendēs hæc ait arma gero:tenet et sceptrū. Primus eñ fasces imperii iustissimi instituit ut Fabius/& Cato primus etiā ad pudicitiā/ sanctitatē / castimoniam/ ac religionē tutādam excogitauit/et inuenit seras ualuas/et claues/ atq; ostiis patētibus opposuit/ut claudere/et recludere suo posset arbitratu/ a quo Ianuæ nuncupantur:qui Ianus ut Berosus in.v. Cranam filiam dedit Aboriginibus Latii cum sceptro/et Alebā.Ouid.uero in.6.Fast. dicit hanc nymphā fuisse adamatā Iano/et pro premio depositæ uirginitatis dedisse Alebā/siue Albā ut esset Iana Vertunna.i.ut penes eā esset ius uertendarū rerū/et cardinū/et sic ait uiderat hanc Ianus/uisæ cupidine captus ad duram uerbis mollibus usus erat/et post admissum scelus inducit Ianū ita dicentem ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto/hoc premium positæ uirginitatis habe:sic fatus et uirgam/qua strīges pellere posset a foribus noxas(hæc erat Alba)dedit. Verum quoniā Ouidius in primo Fast.inducit Ianum iactantem arma sua esse claues/ seras/et ianuas postium ad continendum aurei seculi pudorem / et castimoniam/et hic strupasse uirginem refert/sibi repugnat. Proinde Beroso historico/sacerdoti/et ueritatis indicatori standū potius/et acquiescendum/q̄ Ouidio fabulatori/et sibi repugnanti. Quam Berosus Alebam/Ouidius per syncopen Albam appellitat:Al enim ut Hiero.commistionem significat/et ut Talmudista etiam ligaturam/et fasciculum. Eban uero notat aceruū uirgarum cum ferro.i.fascem flagello / et ferro commistum:quibus fascibus flagellabantur noxii:quam albam / siue alebam Etrusci uocabant/latini fasces:in quibus singulis singulæ secures erant inclusæ/hos fasces more Scythico Ianus ut Cato primus instituit/et dedit in Olympo Etruriæ duodecim primis coloniis ad eas cōtinendas in aureo officio/et ad terrendos/et flagellandos malos ut Fabius/et singulis coloniis singulos dedit fasces:et in quo Olympo duodecim pomeria/totidemq; aras sacrauit. A numero duodecim coloniarum duodecim constituit lictores cum fascibus quos consul/siue rex age bat hinc Silius in.8. Meoniæq; decus quondam Vetulonia gentis bis senos hæc prima dedit prçcedere fasces/et:iunxit totidem tacito terrore secures/quemlibet regem antecedebat suus lictor ferens fascem uirgarum cum securi ut Dionysius in.7.et ut Cato singulis lictoribus suberant adulescentes ingenui/et armati uiginti quinq; / et ita trecentos

Iani simulacrū
Fasces
Seræ/ualuæ/claues
Ianuæ
Crana
Iana Vertunna
Ouidii error
Aleban Alba
Al
Eban
Fasces cur xii

prætorianos efficiebant milites/ad quos allusit Vergilius in primo de Dido loquens incessit magna iuuenum stipante caterua/ut alii duodecim fasces ut Li.a numero auium/quæ augurio regnũ portenderant. Lictores erant magistratuum ministri a ligando dicti / ꝙ crura / manusq; delinquentium ligabant ut Valgius Ruffus/et Gel. Tyro tamen Ciceronis libert⁹ a licio:licio nãq; transuerso qui magistratibus inquit præministrabãt/cincti erãt. At Plut. λέιτον græce litos publicus dicit/ hinc publicos ministros dictos refert. Virgæ illæ securibus alligatæ præferebantur:ut signum foret non oportere iracundiam magistratus esse dissolutam:an ut Plut. quia uirgarum dissolutio sua cunctatione iram frangit/et impetũ moderatur:anq; neqtia hominũ partim medicabilis est:partim curari non põt:et ita uirgæ quod mutari põt/corrigunt: secures aũt quod mutari non põt/amputant. Scribit Pli. in. 16. ex Betula gallica arbore/quæ mirabili candore/atq; tenuitate prædita est/ solitas fieri magistratuum uirgas. Et qm̃ ex Beroso/et Ouidio retulimus quid sit Alba/seu Aleban facta ex spina alba/et est substantiuum/et propriũ ut patuit nomen dignitatis/et potestatis/quod ex hoc paulo inferiore liquet Ouidii carmine uirgaq; Ianalis de spina sumitur alba/qua lumẽ thalamis parua phanestra dabat. Idcirco non esse incongruum hic subnectere unde dicatur Albula idest Tyberis:qum pleriq; omnes deducant ab albis aquis: quod esse falsum authores flauum Tyberim ab arena flaua nuncupantes arguunt. Oratius uidimus flauum Tyberim retortis/Ouidius. 6. Fast. detulit flauis in mare Tybris aquis / Idem in . 14 . in mare cum fulua prorupit Tybris arenas/ Vergilius in 7. et multa flauus arena: sed est compositum nomen ab Alba sceptro Iani / et Vla / quod est fluentum: Vlai uero palus: ab alba/ ergo idest fascibus/et ula fluento componitur Albula idest imperiale fluentum. Ianus ut aiunt nonnulli dicitur ab hiatu detracta aspiratione/quod fuerat omnium primus /et chaos/ut asseruimus/appellatus. i. unitas hians/patensq; in profundũ:ut Macrob. in pri. Satur. & Cic. in. 2. de natura deorum Ianum mundum idest cælum intelligẽtes quasi eanum ab eundo / deducunt: quod in se mundus semper eat / dum in orbem uoluitur: et ex se faciens initium in se reuertitur: Ideo Eanum nominauit Cornificius: ut autem Berosus in v a Scythis originem habet. Eorum enim lingua Ianus dicitur. Quia primus in Armenia inuenit uinũ. Armena nãq; lingua/et hebrea Iain uinũ appellat/a quo Ianus/qui græce Oenotrius/q latine uinifer/ Idẽ Bero. Ianus nõ ad græcã/uel latinã originẽ spectat/sed ad Scythicam/ Cato de origine Italiæ Iano q̃dẽ Ianiculo/quẽ quidẽ Oenotriũ dictũ existimãt/qa inuenit uinũ/et far nõ ad potulẽtiã/et usum mẽsæ/sed ad sacra/et religionẽ/quod cõprobat Fabius Pictor:cui in oi sacrificio far

Vergilii locus
Lictores
Betula
Albula
Vla Vlai
Ianus
Macrobii & Ciceronis error
Cornificii error
Iain

cum mica salis offerebatur/& uinum prælibabatur:hinc Ouid.in Fastis inde inquit uocor Ianus/cui cum cercale sacerdos imponit libum/farraq; mista sale. Et quoniam retulimus Ianum appellatū fuisse Oenotrium/uisum fuit asserere:ꝙ tres fuerunt Oenotrii/primus Archas/qui ut Myrsilius/&alii tenuit regiunculam Apuliæ prope mare/&ea regio dicitur Oenatria græca:fuit alter Oenotrius Sabinorum rex/quæ regio Oenotria uocabat᷑. Tertia Oenotria fuit/ubi regnauit Hesperus frater Athlantis Itali/quæ erat potens armis/& imperio/quæ erat in Latio/ad quam uenit Aeneas.Hic Oenotrius ut Cato/& Fabius fuit Ianus/qui primus uinum/quod græci Oenon uocitant/inuenit. Hic præterire non decreui Vergilii carmen in primo/& tertio Aeneidos nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem:cuius carminis sensus /& ordo ut aiunt talis est fama est minores.i.posteros/descendentes/genusq; ducentes ab Oenotrio Oenotriam dixisse Italiam/& gentem Italam/uel Italicam(Italiam enim gentem non dicimus)de nomine ducis Itali;huic sententiæ meus olim nunq̄ acquiescebat anim⁹. Non enim legi/quod memini/nec uerba faciens accepi hunc/uel similem dicendi modum Hesperiam dictam Hispaniam/&Hispanos dictos a rege Hispano/sed tantum Hesperiam dictam Hispaniam a rege/& non nominamus hominem/nisi ad maiorem emphasin dictum afferes. Cæterum sic ipse carmen adulescentulus multis acclamantibus legi nunc fama minorum/& sic sensus/& ordo erit concinnior/& dilucidior fama est minorum.i.posteriorū ab Oenotrio gentem dixisse.i. nominasse Oenotriam Italiā de nomine ducis:quod &si iuuenile nō contemptibile:tamen hic inseruimus:quisq; tamen suam sequatur sententiam.Hoc quoq; quod abhinc quinquennium Paulo Palmerio/& Antonio Falconi iuuenibus perq̄ elegantibus/&bonarum artium sectatoribus/&non ineruditis enudeauimus/non supprimam:ꝙ Iani quoq; peruiæ transitiones uocabantur.Omnium enim adituum ingressus/& exitus Iano dicabantur:de quibus Ianis.i.peruiis transitionibus/& nō de Iani templis intellexit Suetonius in Augusto ubi scribit gesta per eum in maximo pontificatu Pompeii ait quoq; statuam contra theatri eius regiam marmoreo Iano superimposuit/licet codices habeant/sed mendose supposuit/Idem in Domitiano ubi de elatione/& uana gloria eius tractat Ianos inquit/arcusq; cum quadrigis/insignibusq; triumphorum per regiones urbis extruxit:in quo etiam sensu est illud Ouidii carmen in primo Fast.qum tot sint Iani cur stas sacratus in uno:tot Iani.i.peruiæ transitiones cur stas in uno Iano.i.una peruia transitione:non autem est intelligendum qum tot Iani.i.templa Iano dicata.Vnum namq; erat in urbe Iani templum / & non plura sicuti multi tradunt.Non possum risu temperare.Q᷑ quidam in hac ociosa nostra

Oenotrius — Oenotria — Vergilii locus — Iani — Suetonii loci — Ouidii locus

Parthenope

Parthenope obtrectatores/liniduli/tenebriones/cæculi/atq; prope para siti/lurcones/&uix prima grammatices elementa progressi contendũt/ clamantq;/atq; persuadere conantur Ouidium sex duntaxat Fastorum libros composuisse/quibus satius sane fuisset in culina cũ paropside hęc insulsa/insipidaq; uerba iactitasse/q̃ palã hominibus fuisse locutos: sed cum pueris Hercle tantum/& literarum expertibus latritant/ac in corona ut in pascate proximo præterito fecere/stultitiam/insaniamq; suam perdocent/ac unicuiq; illudendo indicant. Non enim qum illorum plerique non tanti sint/legerunt/& si legere/fortassis letheo (qum sint impense labilis memoriæ)fluuio commiserunt:& subinde sicuti solent/ delirant/& allucinantur hæc Ouidii in.2. Tristium carmina sex ego Fastorum scripsi/totidemq; libellos/cumq; suo finẽ mense libellus habet. Interpretes etiam Ouidiani uiri in omni doctrinæ genere exquisitissimi duodecim/non sex ore consono poetam composuisse tradunt. Raphael Regius hoc quoq; uir apprime doctus subnectit/ quorũ sex tantum extant:quanq̃ nuper omnes inuenti ferantur. Idcirco hæc isti stolidi/&liuidi dictitant. Rumpuntur enim:qum retulerim/me quosdam authores/qui adhuc impressi non extant/& qui a disertissimis desiderantur uiris/non modo habere/sed etiam si hac uitali aura quid nactus ocii fruar/edere/& quosdam alios uelle interpretari. Cæterum hi omnes nostram expectẽt apologiam:ubi quid sit/absentem post terga sugillare/& dormientem/&multa dissimulantem expergefacere/sentiẽt/ & experientur. Non me præterit non nullos admiraturos esse:q̃ phanestram/& non fenestram superius scripsimus. Scito phanestram a phanos.i.lumine/ad quod ingrediendum fit/deriuari:& ideo per ph / non per fe scripsimus. Phanestra Phanos

Cap.iiii.

Optimi/atq; memoris est hominis q̃ plurima in se collata beneficia non obliterare/sed ea/quo cæteri sint q̃ maxime benigni uulgo prædicare:sin secus fieret/nulla essent officia / nec alicui (&sic ocyssime genus periret humanum)inseruiremus. Proinde summa cunctis ope prodesse studeamus:& eo magis:q̃ accepimus/ & lectitauimus bruta rationis expertia mortalibus/a quibus in uitę discrimine acceperant opem/omne præstitisse obsequiũ/ac fuisse/quoad uixerint/ secuta:ne dum nos idipsum/quo posteris relinquamus documenta/efficiamus. Quorsum hæc? Mirantur/& oppido q̃ mirantur omnes: cur in omnium ore summus poetarum Vergiliushic Parthenope uersatur/& in gymnasiis ipse/& non noster. Statius poeta cultissimus / & in omni disciplinarũ genere tersissimus/atq; facũdissimus/ & Palladius de agricultatione scriptor luculentissimus/& exquisitissimus lectitatur/cõmendatur/&ad sidera merito tollitur:q̃ paucissimis/si rationem admittitis/

Beneficiorũ memores

Statius Neapolitanus.

Palladius Neapolitanus

Vergilius Andes Pietoli — absoluam. Vergilius Maronis filius ex Ande Mantuæ pago/qui Pietoli nunc appellatur/ubi fuerat ortus Neapolin studendi gratia/uel alia nobis incognita causa se contulit:ubi quæ tam in nostris uulgaribus/quam latinis leguntur cronicis/nobis condonauit beneficia. Octauius rerũ dominus Vergilii rogatu Neapolin nobilitatis dominam nuncupauit: & hic qum continentem faceret moram Georgica colendi agros opus illo tempore/quo Marcellum Neapolis ducem Octauius constituit / annos natus.24.composuit hinc ipse in fine quarti Georgicorum ait illo Vergilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentẽ ignobilis oci. Hic ob paludum/quæ contiguæ sunt urbi/aerem / magna erat musarum copia/usq; adeo : ꝙ lethiferam gignebant labem : arte quoniam urbem/ciuesq; nimium diligebat/magica/qua plurimum pollebat/auream instar ranæ sub certis conflauit sideribus muscam/qua omnes hic mansitantes muscæ protinus aufugerunt:quæ musca una in phanestra moram Capuana faciebat in arce/quæ inde in Castellũ asportata Cicalam/dictum hodie Castellum de Sancto Angelo dirutum a diuæ Claræ sacerdotibus litis uictricibus situm prope Montem Barbarum uim amisit : auream etiam fecit irudinem / eamq; in Putei(quoniam albo constat marmore) Albi iecit alueum:in quod etiam nunc in cisæ conspiciuntur Irudines:qua cunctæ/quarum tunc tẽporis magnus erat numerus/e fõtibus/atq; puteis/ut hodie nullos esse liquido cõstat/arcuit. Metalli quoq; conflauit equum/quo conspecto equi/quibus laborabant morbis/actutum sanabantur/cuius equi ueterinarii dolore(nullũ enim faciebant quæstum)affecti perforarunt uentrem:qua percussione cunctas amisit uires:de quo metallo Episcopii(in eius namq; anno domini.MCCCXXII.manebat area)constructæ fuerunt cãpanæ: æneã quoq; fecit Cicadam/eamq; in arbore tenuissima ligauit catena/qua cicadæ quæ cantu nostros ægre molestabant ciues/ꝙ pene dormire/placidamq; carpere quietem haut poterant/fugam properanter fecere : & adhuc quatenus ad quartũ usq; lapidem mœnia circundant/nusq̃ sunt/nisi q̃ paucissimæ Achetæ/quas Grillos moros appellam⁹/uix allatæ/& exigua retentæ cauea:recentibus/atq; salitis consuluit carnibus. Flante namq; sæpius Haustro urbem infestante putebant:ipse in arcu lanienæ Mercatus ueteris/ubi tunc caro uendendo pendebat/diuersa diuersarũ carnium frusta magica ordinata suspendit:quibus suspensis frustis/quæ non uendebatur/non putebat / sed citra putorem aliquem complures seruabatur dies/& salitæ ad tres annos/& plures:& flante Aprilis principio Fauonio frondes/flores/teneraq; pomula cadebant/quandã conflauit æream Imaginẽ tubam in ore tenentẽ quam in porta Ventosa/quæ nũc Regalis dicitur/collocauit/ubi marmoreæ nunc quædã manẽt statuæ/ex qua tuba alter huic aduersans egrediebatur uentus Fauonium

Marginal notes: Neapolis — Marcellus Neapolis Dux — Vergilius magus — Musca aurea — Cicala — Castellũ de Sancto Angelo — Irudo aurea — Puteus Albus — Equus metalli — Cicada ænea — Achetæ — Grilli mori — Carnes putere — Imago ærea — Porta Ventosa — Porta Regalis

eliminans. Quam ob rem arbores/fructusq; sine nocumento crescebāt/ ac ad maturitatem perueniebant; quinq; hominum caueret saluti salu/tiferis/& medicabilibus/quibus ob succos egemus/hærbis/quæ nō ubiq; gentium nascuntur/& in æstate maxime sub rupe Montis Virginis sic hodie nuncupati supra Abellam/nunc Auellam/quam Vergilius in Georgi. Maliferam a Malorum fructuum copia nuncupat Abellam sic & Ptholomæus/prope Mercuriale Castellum a Mercurio/cui sacrū erat dictum/nunc Mercoglianū unum cōstruxit ortum omni hærbarū gene re pollentē; qui ortus/hærbæ/ui iq; cunctis carptum hærbas euntibus in/ ualidorū curationibus occurrebāt/ostēdebanturq; facillime: ꝓperantib⁹ uero ad hoīes ꝑdendū/uel ut eas surriperēt/& alibi cōsererēt/uel ut hæ arescerēt hærbæ/uideri/inueniriq; nō sinebāt: fœminæq; illuc accedere nequnt: in quo uiridario hodie legunt hærbæ miræ uirtutis/& medici nalis/& nō alibi/nisi ibi repiunt. Et qm̄ de Monte Virgine meminim⁹/ hoc scitu/memoratuq; dignū silentio nō prætereamus. Supra mōtem est cōditū cœnobiū Sctē Mariæ Mōtis Virginis appellatū/in qd̄ carnes recēs laniatæ/uel cōmodū coctæ/sic & aues/ouaq; illuc portata uermicu lant/hyemesq; suboriūtur horrendę: qum uero deportaueris/sunt sin/ ceræ/nullisq; uermib⁹ inquatæ: & de hoc ꝑmulti q̄ sæpissime fecerūt/ & faciūt piculū: sed de hoc hactenus/intermissa repetamus: & qa hæc urbs minima maris ꝓfunditate pisciū inopia laborabat/pisciculū/quo ciuibus prouideret/in lapidē scaltū affabre curauit incidi: mox in Foro Piscario fabricatus est: quod forū/quoad ille piscis ibi māsitauit/cuiusq; generis piscibus quādoq; in parua/quādoq; in magna copia caruit nūq. In porta Nolana/quæ ferebatur de Forcella/duo humana capita pe/ ctore tenus marmorea mire fecit ædificari/alterum uirile lætabūdum/ ridensq;/ alterum fœmineum triste/ ac flebile: quæ uaria habebant au/ guria. Siquis enim urbem gratiam aliquam initurus/aut aliquod con/ fecturus negocium subibat/si forte/non consulto ridentem conspicat⁹ fuisset imaginem/uoti sicut expetebat/erat compos: sin lacrimantem/ quo infelici subiuerat/eo deteriori regrediebatur augurio. Hilū namq; proficiebat: quæ capita ipse puer in porticu prædictæ portæ antequā rex Alphonsus Aragoneus secundus porticum/ut urbem reformaret/ demoliret: & in Regale portari iussisset/Podium sæpissime cōspexi. Tunt temporis Carbonarium constituit locū nō hoīs ut accidit postea morte/sed uti se hoīes in armis exercerēt/meditarenturq;: quod specta/ culū a Malis Medicis/q̄ Citrangula/ut alii Malāgola nūcupamus/habuit initiū/deinde lapides iecerūt: paululū postea fustibus confligebāt arma ti: mox post aduētū dn̄i āno. MCCCLXXXX. ludētes licet armis aīam nōnunq agebāt: q loc⁹ dr̄ Carbonarius. Bestiæ namq; mortuæ/Carbo/ nūq; sordes/a qb⁹ appellat/picebātur: ibi nr̄a memoria tēplū ē cōditū

Mons Virgo
Abella Auella
Mercuriale Mercoglianū
Mirum de hær/bis
Mirum de Mon te virgine
Forum Piscariū
Porta Nolana
Porta de For/cella
Caput ridens
Caput flebile
Carbonarius lo/cus
Mala Medica
Citrangula Ma/langola

sancti Ioãnis Carbonarii/ubi rex iacet Ladislaus/& equitum magister Ser Iannes Caracciolus/in cuius area multæ sunt ædes:&nonnunq ibi fiunt hippomachiæ/& pegmata consurgunt. In hac etiã urbe quatuor humana constituit capita iam diu mortua/quæ de omnibus/quæ in quatuor orbis partibus/ut Neapolitanis cuncta constarent/fiebant/uera dabant responsa. In porta Nolana est uia lapidibus strata/ubi sigillum miro posuit artificio:ubi omne serpentium/uermiumq; nocentium clausit genus:quod usq; in hodiernum diem nec in ædificiorum ruinis/ parietinis / fundamentis / & puteis serpentes / anguesue uenenosi nisi apportentur aliunde/inueniũtur. Et qum Bais/ Cumisq; calidæ essent aquæ diuersos sub terra cursus habentes uenis / & materiis sulfuris/aluminis/& ut opinantur multi/argentiuiui pro Neapolitanorum salute multa condidit balnea maxime illud nuncupatũ Tritola hodie Nauis Balneum:ubi huiusmodi incisæ/scaltæq; erant imagines suis manibus membra tenendo morbos designabãt. in quarum capite ut ægroti misselli citra opem/consiliumq; medicorum expetitæ sanitatis medelã inuenirent/literæ erant scaltæ balnea docentes morbis utilia:ad quod usq; balneum inualidorum remedium nequissimi / atq; immanissimi Salernitani medici exiguam charitatem/magnamq; indicantes immanitatem/iniquitatemq; una nocte Salerno Cumas nauigantes appulerunt/& omnes ferreis instrumentis deleuerunt scripturas/& prædictarum partem imaginum:quos æquitas Dei Salernum renauigãtes uno duntaxat superstite rem ipsam aperiente summersit inter Teleboas insulas nunc Capræas/& Mineruæ sacellũ quod extat in extremo Athenei.i.Mineruii.i. ob multas ibi consitas oleas/quod quidã Phœnussum nominant promontorium:quod sacellum nunc uocamus caput Mineruæ agri lubrensis hodie Massam. Lubrensem . Hic nostris etiam ciuibus Puteolos/Baias/& Balnea per arduum montem petentibus consuluit. Geometria considerans montem longitudine stadiorum octo perforauit:quæ spelunca ita fuit concinnata uno in antri medio impluuio:q medium oriente sole usq; ad meridiem / & a meridie usq; ad solem occiduum alterum lucebat medium. Superioribus annis Rex Alphonsus Aragoneus primus alterum addidit impluuium:& eo stellarũ motu fuit antrũ perforatum : q usq; ad mei memoriã patris nec belli/ nec domi furtum/latrocinium/homicidium/fœmineumue(quãuis cryptæ longitudo/& obscuritas præstarent commoditatem)ibi fuit stuprũ commissum nunq̃. Mei tamẽ patris tempestate quidam ibi hominem occidit/triduum inde nequiuit egredi:quo mortuo comperto deprehẽsus in carcerem detrusus/quæstionatus deierabat egredienti nonnullos repugnare/nec ostium intueri/inuenireq; potuisse:sic a templo Virginis leua petentibus fit obuiam altrinsecus lapis perforatus/ubi literam

Capita humana quatuor

Serpentes / uermesue uenenosi nõ sunt Neapoli

Balnea Tritola Nauis Balneũ

Salernitanorum medicorum iniquitas

Telebœ capreç Mineruæ sacellũ Atheneum Mineruium Phœnussum promõtoriũ Ager Lubrẽsis Massa Lubrensis.

Crypta Neapolitana


miscellus fecit longam: quam speluncam Seneca epistolam. 57. cryptam uocat Neapolitanam. Non me latet esse nonnullos Plinio fretos Lu/culo/non Vergilio perforatum obnixe contendere. Sceleratos enim/& facinorosos ad eam excauandam/& maiore impensa montem excidit/ q̃ uillã extruxerat. Ipse tñ nostris astipulor cronicis de antiqtate namq; ut Cato de origine Italiae/& Myrsilius antiquioribus est credendum/ & maxime ciuibus. Quippequi nostri ciues cronica scribentes uiderũt/ interfuerunt/postea scripta posteris reliquerunt: & eo magis dubio pro cul id affirmo: q; Plut. his in Luculli uita uerbis indicat aperte: tanta ue ro in nostram usq; aetatem eius delitiae opinione hominum efferũtur: ut inter ornatos/sumptuosissimosq; regum ortos Lucolliani numeren/tur in primis. Quid de his operibus/quae iuxta mare circa Neapolin magnifice/splendideq; constructa sunt iudicandum arbitramur? ubi al/tiores profundis fossis tumulos suspendit/ubi maritimas aedes/ easq; pulcherrimas/atq; ãplissimas aedificarat: ubi discursus maris/ piscososq; riuos aedibus circunduxerat: quibus uerbis liquido patet nõ esse cryptã/ quin distat a mari/nec maris discursus/riuosq; habet piscosos / nec est circa Neapolin. Distat enim ab urbe tertium amplius lapidem. Nullo igitur pacto hanc Lucullus perforari curauit. Verum ipse sumptuosissi/mos habuit ortos paulo ulterius templũ/quod Capellam nuncupamus/ ubi nõnullae hodie extant cauernae/& aliqua tanto uiro digna/estq; Pla tanon nunc Platamonem a Platanis a Lucullo ad nos inuectis appel/lamus/distans Neapoli circiter lapidem unum usq; ad litus/& arcẽ Me garim/ad quam ponte nunc acceditur/extenditur: ortis igitur non con/spectus ad mare descendebat per altiores/quos profundis fossis tumu/los suspẽdit: in quibus sunt maris discursus/riuiq; piscosi/& dulcis aquae scaturiens fons/& aedes partim integrae/& partim collapsae/dirutaeq;/ omnia tamen longe pulchriora ante bella nõ sine lacrimis detestanda Gallis/& Hispanis in nos illata q̃ saepissime conspexi/& sicuti Lucul/lus/sic nostri ut indulgerent genio/animumq; relaxarent / accedebant: huic nostrae sententiae Michael Ricius noster patricius iuris ciuilis con/sultissimus in libro/quem de regibus inscripsit Neapolitanis in Lodo uici uita his astipulatur uerbis Hispani secundis rebus elati non ita mul to post urbe Neapolis / arceq;/quam uulgo nouam/Luculliana q;/quã a forma uocant Oui/ expũgnatis potiuntur. Quid ergo tradent ampli⁹ & ambigent? Est namq; Sole clarius Vergilium cryptam/& Lucullum Platanona curasse perforari. Licet non me praetereat fore nonnullos asserentes Villam Luculli esse in Pausilipi fine usq; Balneolos / nunc Bagnulum/ubi nunc sunt Antra Fatarum/siue Spes ita nostra uocan/tur tempestate/& olim erat Castellum Fati iam maris undis dirutum/ qua mare nunc Agnani lacum ita implet / ut ad uillae/quam Lucullum

Plinii error

Lucolliani orti

Capella
Platanon
Platamon

Lucolliana
Arx Oui


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VIT. EMANUELE

appellant/muros/portusq; nauigari possit/quod non probo. Plutarchi namq; uerbis adhęreo:de qua crypta sic in qnti fine meminit Strabo extat & his in locis intra monte effossa spelunca in Dicearchiæ/Neapolisq; medio. Sed his impsentiarũ omissis intermissa repetamus. Erat tunc tpis/quod etiã nũc extat intra mare supra scopulũ Neapoli propinquum Castellũ Marinũ/siue de mari olim Megaris nuncupatũ/quo nimiũ oblectabat/magica ꝯsecrauit ouũ ex gallina/q̃ primũ pepit:quod ouum itra fiolã arctiori posuit foramine/ & fiolã intra ferreã subtiliter fabrefactam collocauit caueã/& caueã in aulula sub ipso Castello/quæ aulula secreta nimia seruabatur sedulitate/a quo ouo dicit Castellũ de ouo:nři firmiter tenebãt maiores ex illo ouo fata pendere Neapolitana/& tam diu Castellũ duraturũ q̃ diu ouũ/asserebantq; q prim⁹ fregerit ouũ/cõfestim esse moriturũ:& dũ non Metapontũ ut Seruius/ sed Megarã oppidũ Athenis uicinũ uisendi gra peteret ob lãgorẽ/ quẽ ex ipa cõtraxit nauigatione obiit nõ Tarẽti ut Seruius/sed Brundulii/quo aduectauit anno imperii Octauii.xxv. Deinde tpis longitudine cadauer rapuerũt Calabri/Neapolinq; deportarũt/humatus est in capite cryptæ Neapolitanæ p ipm olim pforatæ:in cuius conditoriũ marmoreũ hæc incisa legebãtur carmina Mãtua me genuit/Calabri rapuere/tenet nũc Parthenope:cecini pascua/rura/duces:tumulus fuit integer usq; ad annos domini.MCCCXXVI. In nostris antiquis legitur cronicis:q suæ tempore iuuentæ cũ uno socio noie Philomeno subiit antrum mõtis Barbari/q prius Gaurus dicebat/nũc Caudo/est in Cãpania nõ longe a Bais proximus Lucrino lacui Luca:uel si cõuulso uertice Gaurus decidat in fundũ penitus stagnantis Aorni/& Strabo in.5.est & alter Gaurus dictus hodie Gragnanũ non procul a Stabiis nũc Castello ad mare. Ferũt hũc montẽ nõ solũ occupatũ/possessumq; a Barbaris/a qbus est denominatus/sed ab illis/& a nonnullis aliis quoq; magicis libris/multisq; aliis magica rebus constructis/&amplis/immensisq; refertũ gazis: hinc illud adagiũ oibus celebratum:nunqd opes habet Mõtis Barbari. Proinde penitissimis ex oris Germaniæ/Galliæq; maxime huc aduenĩut magici diuitias/sacrosq; Proserpinę/Plutoniq; libros exportaturi. Mea quidẽ memoria Mattheus(ut palã omnib⁹ incunctãter asserebat) Gueza/homo qppe fide dignus/& uere Atthicus quẽdam accenso cæreo comitatus Germanũ penetrauit/& hæc ipse tradebat: ad limẽ ubi uenerãt plummeũ reclusit librũ Germanus/& legit/actutũ patuere fores/ingressi sunt:& dũ per opaca noctis silentia contẽdunt/pfluentẽ reperuerũt aquã/superauerunt/& iter facientes alteras nacti sunt ualuas strepitu nõ exiguo se iugiter aperiẽtes/& claudẽtes:iterũ legit/& illico constiterũt iannæ/& has trãsiuerũt:cœpit e uestigio Mattheus ubi post se cõfligẽtes intuitus est postes/myrmicino incedere gressu : quod ubi

Castellum Marinum
Megaris
Castellũ de ouo
vergili⁹ obiit ubi
Seruii error
Mons Barbarus
Gaurus
Gragnanum
Stabiæ
Castellum ad mare
Mira de Monte Barbaro

conspexit socius/nasumq; tetigit algenté:qd me comite formidas ait? surge age/ bonoq; esto aio/regrediamur/& ex hoc qtū uis/accipe pul/uere intonuit:Matthe⁹ assiduis uict⁹ socii uocib hausit/rica inuoluit/ni miū sūpsisse respōdit:linteo ubi emersit reuoluto Cæruleū inuenit In dicū.i.Azurū ultramarinū/qꝫ Diomedi Carrafæ post Magdaloni comi ti ꝑ depingēda in ædib⁹ aula uēdidit:hui⁹ filius Ioānes Philipp⁹ hodie cūctis enarrat. Paucis etiā ānis Petrus Paci⁹ Hispanus ferētarioꝝ regis Ferdinādi Aragonei Catolici dux ut hoc ipm īdagaret multa collistꝫ lecta manu adiuit/& interfodiendū plūbi fistulas/& alia multa reperit: ubi ad plurima cryptæ ꝑuenit ora/impensā/labores/& iuētionē ꝑtæsus omisit:sed de his hacten⁹:subiit ergo antrū/ut q̄ Chiron fecerat philo sophus/deprehēderet:& in antri fine Chironis īuenit sepulcrū/&rapto ex illius capite libro maximus euasit magus:quo Vergilio mortuo fuit physicus Britānus Rugerii Siciliæ regis admodū intimus:exoratis a re ge literis Neapolitanis destinatis ut medico Vergilii darēt ossa/q̄ cū om nib⁹aliis in tumulo manētib⁹ ipse donauerat:nr̄a respublica ꝑtim man datis obtēperauit/& ꝑtim nō. Verebanť eni ossa si hinc exportarētur/ ne in pestiferā incidissent labē/aut detrimētū. Neapolitani ergo ad cō/ditoriū iuere/capulū detexere/ubi quosdā de nicromātia ostenderunt libros in æneo uase clauso retētos sub capite reposito/quos physic⁹ secū duxit/&ossa/qꝫ Neapolitani dare noluerūt/reliqt:q̄ ne surriperētur/in scorteo colligerūt sacco:mox in Castello de ouo posita uti reliquias per ferreā uisentib⁹ craticulā ostendebāt:interrogatus deinde physicus cur ossa expetebat tātopere?respōdit/ut cū deuotiōe/atq; carminib⁹ artes manifestarēt Vergilianas/q̄s p.40.dies habere potuisset. Postea ad fidē cōuersa catolicā Neapoli ossā fuerūt fabricata i pariete Castelli de ouo intra scriniū/Tot igiť/tātorūq; memores(si hoies degimus) meritorū nonne/&merito hūc nō modo colere/sed uenerari debemus?&statuā tēporū iniquitate collapsam erigere? Cæterū anteq̄ huic colophonē imponam capiti/aliquantulū etiā diuertere non erit absurdū. In Diui area Laurētii cū nonnullis deābulabamus necessariis/& hæc uix creden da Vergilii altercabamur facta/ecce trāsiuit illac Ioānes Angelus Pisa/nellus pontificii/cæsareiq; iuris peritus/iuuenis morat⁹/decorus / Isæo torrētior/&in nr̄æ quidē causidicis urbis solertissimus memoriæ tena/cis/iudicii pensiculati/& sinceri/& quod est perq̄ admirandum/ex tem poranei:protinus hunc cōmendare cœpimus/& alūnū Fortunæ nuncu/pare/in cæteris/qꝫ duas in sua iuuenta/& patritias sortitus fuerat uxo/res/alteram Acciā genere Capuanam/alteram Carrafensem:tunc unus e corona tradidit/si hic nobilis esset / & nostrarū Neapolis stationum in huius seculi fortunatis esset censendus : euestigio Petrus Dathus integer uitæ / scelerisq; purus ait conticesce amabo / conticesce ; hic si

Cæruleū indicū

Azurū ultramarinum

Petrus Pacius

Chiron

Ioannes Angelus Pisanellus

nõ nostras tamen Pisanus est,& in primis generosus:abnegabat ille, hic asseuerabat:sic deponentes cœperunt commeatum,& abierũt. Postridie,qui meus est mos, Petrum,quum spaciarer offendi subridentem heus Scoppa inquit ad te ibam:ut hæc quæ in Archiuo, quum regestra de stipendiis militaribus Regis Caroli primi scrutarer,fuerim nactus, arguerem:q; in aduentu Caroli contra Manfredam ex Pisis imperator Caroli uenit Viglierinus Pisanellus,qui in diplomate regis Caroli secundi Caroli primi filii uocatur miles,& Baro: & ab eodem rege habuit pro præstitis officiis super omnibus functiõibus fiscalibus regni singulis annis untias triginta,&in Salentinis nũc terra de Otranto habuit Casale Vernulæ,Spechiæ,Carpegnani,& Putei magni,&in Calabria terras Bisiniani,& Rosarum,a quo deniq; Viglierimo Pisanellorum in regnum aduenit domus:ad hoc literas resignauit a Mattheo Familia utriusq; iuris perito,& milite, & ad regem Federicum Aragoneũ Pisanorũ olim oratore destinatas Tomæ Cambæ Florentino,qui Pisis quum esset pro nonnullis(est enim negociator magnarius)obeundis negociis memor patroni,cui ob peritiã,mores integerrimos,& in conficiendis negociis sedulitatem plurimum debet, Familiæ prouinciam, Pisanellorum originem indagandi imposuit : quarum ad rem faciens hoc est exemplum literarum. Pisanelli sicut ex ciuibus senioribus, scriptis,& ædificiis inueni,& audiui sunt de domo Lambardorum nostræ ciuitatis nobili,& in primis admodum antiqua. Nostri namq; maiores (nequid suspitionis animis hominũ innasceretur,si quis de una,eadẽq; domo eodem functus esset munere)in alia diuidebantur cognomina, sicut Gisinundi,e quibus nostrates sunt Carrasenses, se diuiserunt in Busiccarinos,in Burdonenses,& alios,itẽ Gualandi in eos de Lognula,de Parrana,& alios,Lanfranchi in Russos,Ciccolos,& alios, Vernagalli in eos de Lancia,& alios,sic Lambardi in Picciulos, in eos de Morrona,in Putignanos & in Pisanellos,e quibus tuus descendit exquisitissimus causidicus:quinetiam in antiquis legimus scriptis fide dignis uni Pisanellorum quandam nupsisse cognatam sancti Cerbonis episcopi Populoniæ uetustissimæ ciuitatis : & ut id ipsum indagatius rimarer,inueni quoq; in sanctæ Mariæ Carmelitæ Pisanæ templo ædiculam uetustate pene dirutã nomine sanctæ Helisabeth, ubi plurimis in locis est depictum insigne,quod est scutum cum campo cæruleo cũ linea,quam sbarram nuncupant gilua per obliquum cum una stella sub linea,&altera supra:in ædiculæ fine marmoreum est conditorium cum tribus scutis eodem insigni,literæ sepulcri uetustate consumptæ legi nequeunt,nisi tantum de Pisanellis. Refert Prior quendam sua fuisse tempestate sacratum Petrum de Pisanellorum domo, quem & ipse cognoui in ædicula sacra quã crebertime fecisse,cui successit alumnus

Viglierinus Pisanellus

Salentini

Terra de Otranto

Mattheus familia

Pisanelli

Pisani in alia diuidebãt cognomina

Torpis nomine/qui/& complures alii nostri ciues decrepiti potius/quã senes nominandi cuncta mihi relata docuerunt:& domus ferme colla/psæ/uestigia tamen integra;hæc ille;quibus acceptis/& lectitatis accuratius mirifice tum nostram ob necessitudinem/tum ob doctrinam/&genus modestissimi iuuenis gauisus/& lætatus nostris inserere non grauatus/maiora in reliquis/si uitalem carpimus auram/daturus. Cæterum antequam hic receptui(qum agminatim suæ mihi occurant uirtutes)cecinero/hæc in præsentia silentio præterire non destinaui : ꝙ in iuuenta tot/& tantos cõsecutus fuit honores/quot uix longæuis totius uitæ curriculo contigerunt. Sublato namq; e medio Andrea Gaptula nostro patricio/& iurisconsulto solertissimo regiæ præsidẽte cameræ noster Pisanellus peste Neapolin infestante morã Aduersæ faciens ex multis licet cõpetentibus ab illustri Don Vgone Moncada tunc tpis prorege/legatoq; consiliario proprio motu fuit exoptatus/&cunctis acclamantibꝰ prælatus. Et quoniam in uiuis pascitur liuor edax/ & pro ludibrio quæ in omnibus dominatur Fortuna lusitans hunc quo magis tanti iuuenis integritas elucesceret/periclitaretur/exagitare cœpit. Eueniente namq; Neapolitana obsidione/subsecutaq; uictoria/ nonnullorumq; emulatione tandem perspecta eius innocẽtia illustris Oranges Princeps uicerex/ Cæsariæq; maiestatis in Italia legatus / & totius exercitus imperator bene edoctus ipse nihil expetentem neq; cogitantem quidẽ suum elegit generalem auditorem committens curam/totiusq; status gubernationem/domusq; nobilium/&equitum suæ domus / ipsorumq; urbiũ/ oppidorumq;:mox Idem princeps Romæ degens ex Parthenope accersiuit in urbem/atq; cuncta cõmisit grauiora;quod idem multi quoq; regni fecerunt Barones. Ne mireris Candide Lector:ꝙ ortum sine H scripsimus uocabuli originem secuti. Dicitur enim ab orior:ꝙ ibi olera cæteraq; oriuntur:ut Hauster cum H/dicitur ab haurio: ꝙ aquã haurit: & Aornon ab A priuatiua/& Ornon auibus quasi sine auibus. Aues namq; supra lacum uolantes exhalante mephite decidebant:negantes Baronem esse uocabulum latinum refellit Cicero de finibus utens.

Ortus
Hauster
Aornon
Baro

Cap.v.

IAnus Parrhasius noster regnicula uir doctus/pensiculatus/& reconditarum rerum scius cõmentarios in Claudianum latinam & græcam redolantes doctrinam edidit:ꝙ ob hoc in multis/quæ sub umbra latitabant/& iam in lucem eruta/ipsi studiosa iuuentus merito debet. Non enim modo poetæ mentem rimatur / & perpendit/sed multa quoq; in diuersos authores:ꝙ si reuiscerent ipsi / secus profecto non sentirent. Sed quid multis est opus?ad rem ipsam excutiendam perueniamus. In secundo Canopæi Claudiani libro de proserpinæ raptu uersus hic legebatur sic/quæ fontes Erasine tuos/&saxa rotantem;ubi per/

Claudiani locus

spicacissimus interpres ait Erasinum nusquam extare Siciliæ fluuium: apud authores Crimnissus uero Maronis carmine/ Plutarchi / nostrorumq; historia celeberrimus est:uult ergo ut legatur quæ fontes Crimnisse. Ipse quum hæc scrutari cœpissem altius/magnam illico literarum mutationem in nomine factam fuisse iudicaui:tandem qum illud Ouidii in quintodecimo Metamorphoseon in principio carmem occurrisset mihi nec non Sicanias uoluens Amasenus arenas emandandũ duxi quæ fontes Amasene tuos. Amasenus namq; Ouidii testimonio est Siciliæ fluuius/si leges sic/erit hæc scriptura cum antiqua concinnior/& minor literarum mutatio/q̃ Crimnisse. Nostram emaculationem ideo præstantiorem/uerioremq; affirmo:q Ouidius in Fastorum quarto astipulatur de Proserpina loquens Trinacriæ loca cõmemorat: dicens nãq; Leontinos Amasenaq; flumina cursu/licet alienaq;/uel amœnaq; mendose in uulgaribus legatur codicibus. Erasinus autem ut nihil intactum relinquatur/est fluuius in Argolica Stat. ruit agmine facto Inachus/& gelidas surgens Erasinus ad Arctos:alter est/qui secat Archadiæ tractus: tertius qui præterfluit Ereticos in Bœotia.

Amasenus

Ouidii locus

Erasinus

Cap. vi.

NOn minorem in tollendis mendis/&emulando codice/q̃ in eo ipso authore enodando/atq; interpretando laborem/ & molestiam ferimus. Quis enim tanti est acuminis/& solertiæ:ut codicem undiq; mendis scatentem/nisi prius illum q̃ optime correpserit/ percipiat? Hoc idcirco referim⁹. Claudiani namq; opus est adeo deprauatum:q a multis uix uerus elici sensus potest. Multis impræsentiarum omissis hoc carmẽ in prima panagyri de Stelliconis laude/mendosum legitur Hesperidum Triton/&git doctissimus amnis:nos quamuis diu hæsitantes/& cunctabundi mansissemus/tandem sic legendum esse duximus: Hesperidom Triton/Nigris &dicissimus amnis:qua quidem lectione poetæ sensus magis elucescit:& hoc noster Claudianus(ut æstimamus)afferit ob gemmam Carbunculum / quem ex Aethiopia uehi scribit Plinius/quin(ut in trigesimo septimo Idẽ Plinius tradit)principatum habent Carbunculi a similitudine ignium appellati / qum ipsi non sentiant ignes:unde a quibusdam Carbunculi dicuntur Apyrastæ. De quo etiã flumine Nigri Pli. in. 5. cap. 8. sic refert Nigri fluuio eadẽ natura/quæ Nilo calamum/& papyrum/& easdem gignit animantes/ hisdemq; temporibus augescit/oriturq; inter Thalæos Aethiopas & Solinus Aethiopes/& Athlanticæ gentes Nigri flumine diuiduntur: quam partem putant Nili:sic papyro uiret/sic calamo prætexitur: animalia eadem edit:iisdem temporibus exundat:intra ripas tunc quoq; redit:qum contentus est alueo suo Nilus:quamuis in Solini codicibus impressis Tygri corrupte legatur. Et ut nequid in hac ipsa Claudiani panagyri emendatione dignum intactum relinquatur/uisum fuit/ om/

Claudiani loci

Nigris

Carbunculus

Apyrastæ

Solini locus

nes quoad possem labes summouere/dedecorant mores & non & decorant:quem uultus honestat/& non quam:nunc dabat hybernum Rhodope/& nõ hunc:ceu libera frenis/& non seu:non classica Francis intulimus/& non tunc:Marcomenes/ Consusq; docet/quorum alter/& non sensuq;:& paruis redimitus Iuba sagittis/& non nubæ:nõ ego delectu Tirii/& non dilectu:& quod iactare solebat/& non qui:repetũt deserta fugaces Autololes/& non Autolopes:hæc omnes ueterũ reuocauit/ & non hic. Esto tamen cautior in scansione carminis Nigris & ditissimus amnis:ꝑ is eliditur:& hoc ideo/quia S ex dictionis fine cũ sua uocali sæpius expungitur/si sequens dictio inceperit a uocali Verg. Geor. 2.aut ouium fœtus aut urentes cuncta capellæ/& in.9. & præceps animi Tinarus/& Mauortius Hemon/Idem hic Hammone satus/& rapta Garamantide Nympha:posses quoq; legere Nigri & ditissimus amnis ea ratione/qua Vergilius dixit fontem Timaui / & urbem Butroti/& Tranquillus in Aug.quando loquitur de præsagiis/& arbore Palmæ/et Pli.in.4.caprifici arborem ferunt:sed prior lectio mihi magis arridet: quin Nigris sit tertiæ inflexionis ut Tybris/& Tygris ut ex Plinio/& Solino patuit:in secunda uero lectione erit ut quidam flectunt secũdæ ut Niger Nigri/quod non probo. S expungitur

Cap. vii.

MVltos & audiuimus/& legimus Leonardum Aretinum Plutarchi celeberrimum interpretem / & uirum magna doctrina sectantes Ciceronem a Tullo Volscorum rege traxisse genus indubitanter affirmare:& hoc ita esse & illos & nonnullos uel omnibus inuitis contendere. Nos uero quamuis iamdiu in illorum uestigiis immorati fuissemus:tamen semper ambigebamus. Proinde hoc accuratius indagare cœpimus:quid uerbis est opus? id ipsum apud Ciceronem nunquam/cui maxima esset adhibenda fides/comperimus. Ideo Ciceroné nostrũ eloquentiæ parenté nõ a rege duxisse genus/sed a quodam Arpinate ducimus:& in hoc ita esse ratione primũ/deinde priscorũ authoritatibꝰ suffulti cõprobabimꝰ. Quis unq̃ ut ex ipsius Cicerõis monumẽtis aptissime colligit) Ciceroné nõ solũ ãteq̃ exularet/sed ne regressũ qdé demissum/abiectũq; cõspexit? Vt eni ad Lẽtulum scribẽs ait/in quo ego spem fefelli nõ modo inuidorum/sed etiã inimicorum meorũ/q de Quinto Metello Mucii filio quõdã falsã opinioné accepe/rũt/ qué post reditũ dictitant fracto aĩo/& demisso fuisse:sed quod de illo acceperant/aut etiam suspicabantur:de me idé cogitabant abiectione animo me futurum. Qum res publica maiorem etiã mihi animum/ q̃ unq̃ habuissem daret:quæ declarasset sese non potuisse me uno ciue carere. Nonne omnes se ipsum q̃ creberrime de rebus pro re publica gestis iactasse legimus? Quis enim nescius est / Ciceronem qum Catilinæ/cæterorumq; coniuratorum arma/& cõsilia suæ concesserint Tullius unde genus

togæ sic gloriatum fuisse cedant arma togæ / concedat laurea linguæ. Non ne se ipsum/ꝙ primus artis oratoriæ cāpos/& delitescētem apud latinos philosophiam aperuit / atq; indicauerit / uulgo ad sidera tollit? Vnum suo culmini/&celsitudini triumphum intelligens/quem ex fugatis/superatisq; hostibus Parthis/contra quos mortuo Marco Crasso accesserat/inerebat/deesse prædicabat. Idcirco si de prædictis intrepide gloriabatur:quanto magis suum a regia stirpe defluxisse genus asseruisset. Qua de re non a rege oriundum fuisse diiudicamus:sed nouū fuisse hominem authoribus grauissimis indicabimus Sal.in inuectiua contra Ciceronem hæc scribit. Verum(ut opinor)homo nouus Arpinas ex Marci Crassi familia illius uirtutem imitatur/& inferius oro te Romule Arpinas/qui egregia uirtute omnes Paulos. Quibus Salustii uerbis Arpinatem/& nouum fuisse hominem/& non a rege deductum esse constat:& Cicero ipse in Salustium his fatetur uerbis: si hoc fuit illius initium nominis/& dignitatis:cur non æque de nobis existimetur? cuius ut res gestæ illustres sunt/& uita integerrime acta? quasi uero sis ab illis uiris Salusti ortus:ꝙ si esses/nōnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi:ut si prius noti non fuerint: a me incipiāt initium memoriæ suæ:Idem inferius satius est me meis rebus gestis florere/q̄ maiorum opinione niti/& ita uiuere/ut sin posteris meis nobilitatis initium/&uirtutis exemplum. Quis ingenio crassus &obtusus a rege Ciceronē descendisse audebit asserere? Nā si in acerrimum inimicum Salustium non se suis maioribus nobilem(ut illi aliquanto præstantior in progenie præponeretur)nominauit:nonne ineptum/& timidum fuisse dubio procul censeremus? Sed quoniā torrentes eius imitabatur lingua:hoc ipsi non ascribitur:& Iuuen.in.8.Sat.refert hic nouus Arpinas ignobilis / & modo Romæ municipalis eques galeatum ponit ubiq;/& Basilius hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici/qui fuit orator summus/& eximius:quem nece crudeli mactauit ciuis/& hostis:nil agis Antoni scripta diserta manent: uulnere nempe tuo Ciceronem conficis:at te Tullius æternis uulneribus lacerat/& Pompelianus doctrinæ Antistes/rerum mirabilis author Tullius existens nobilis ex humili/cui dedit excellens ars oratoria nomen : uirtute ingenii uenit ad astra sui. Licet non me prætereat fore nonnullos/qui quidem hæc ex oratione Catilinæ citabunt. Nam prædicare aliquando solitus originem se gn̄is habuisse ex Tulli Hostilii familia Volscorū regis quidem Populo Romano inimicissima/& inferius hic hic nouus Cicero Arpinas ex Tulliorum familia:sed illos quæso/nostra ne lancinēt prius/ q̄ cuncta perpenderint. Verum omissis uerbis Catilinæ mentem aperiamus:si Catiliniæ/& non alterius / quod magis comprobarem illa sit inuectiua:Catilina/quin se iam accusatum/&iam damnatum animad/

uerteret/orationem(cunctis namq; licebat temporibus illis)habuit in Senatu:& quo se uehementius excusaret/& Ciceronem impensius cri minaretur/& in odium/atq; inuidiam Populi duceret atrocius Roma ni/retulit a regia Ciceronem oriundũ stirpe Populo inimicissima Ro mano. Quoniam Romani regibus exactis non reges modo/sed nomẽ quoq; regnum odio uel maximo habebant:addebatq; uastum Cicero/nis animum esse extinguendi nobilitatem:quod non ita esse hoc du/cor argumento:ꝙ Cicero in actionibus contra Catilinam criminantem id est tassus nunq̃/neq; meminit:& in actione.5.in Verrem ita respon/det ne ista præclara nobilitas desinat queri Populum Romanum ho/minibus nouis/atq; industriis libenter honores mãdare/semperq; man dasse. Non est quærendum in ea ciuitate/quæ propter uirtutem omni/bus nationibus imperat/uirtutem plurimum posse. Sit apud alios ima/go Publii Aphricani:ornentur alii mortui uirtute/ac nomine. Talis il/le uir fuit:ita de Populo Romano meritus est:ut non uni familiæ/sed uniuersæ ciuitati commẽdatus esse debeat. Est aliqua mea pars uirilis/ꝙ eius ciuitatis sum/quam ille amplam/illustrẽ/claramq; reddidit: præ/cipue/ꝙ in his artibus pro mea parte uersor/quarum ille princeps fuit: æquitate/industria/temperantia/defensione miserorum / odio impro/borum:quæ cognatio studiorum/ & artium propemodum non minus est coniuncta/q̃ ita qua uos delectamini generis/& nominis/& in actio ne.6.uidemus quanta sit inuidia/quantoq; in odio apud quosdam ho/mines nobiles nouorum hominum uirtus/& industria/ & inferius ho/minum nobilium non fore quisq̃ nostræ industriæ fauet: Cicero se præ terea in epistolis nouũ ubiq; hominem appellat. Nouus dicitur homo/ cuius maiores nullam habuit dignitatem. Leonardus ne tantam fortas/se Ciceronis maiestatem dehonestaret / illum regia decorauit stirpe. Quod autem dixit habere genus a rege non ipse commentus est. Ac/cepit enim ab Eusebio/ Eutropio/& Silio Italico sic in.8.punicorũ scri bente Tullius æratas raptabat in agmina turmas regia progenies / & Tullo sanguis ab alto. Sed hũc errorẽ ex illo Ciceronis in prima Tusc: manasse loco credimus. Inqt eni Cicero regnãte meo gentili:ubi gen tili de mea gente quidam exponunt/qum de meo nomine intelligen/dum sit. Gentilis namque non modo qui est de eadem gente/sed etiam nomine dicitur Festo/Cintio/& Cicerone in Topicis authori/bus/q alio uocabulo Cognominis appellatur Plauti:in Bacchi:illa mea cognominis est. Cicero quoq; dicit̃/nõ ꝙ habebat faciẽ quatratã instar ciceris ut Priscianus. Nunq̃ enim quatratum uidi cicer/ sed rotundum: Idem Leonardus ait/ꝙ habebat carunculam in nare instar ciceris: hæc priori est præstantior sententia. Nos autem in hoc Varronem Roma/norum omnium facile doctissimum sequimur:inquit enim Cicerones

Nouus homo

Eusebii/Eutro/pii/& Silii error

Gentilis

Cognominis

Cicero

Prisciani error

Fabii dictos/quorum maiores fuerunt inuentores ciceris serendi/ut Fabii a faba/Lentuli a lente/sic Cicerones a cicere Varronem Plinius sequitur/ Lentuli quod Euforbius quoq; hisce confirmat uerbis quicunq; in libris nomen Ciceronis adoras:aspice quo lateat cõditus ille loco/ille uel orator/uel ciuis maximus Idem clarus erat facie/clarior eloqo/at ne quid Fortuna uiro nocuisse putetur:uiuit/& æternum docta per ora uolat. Vocabatur Tulli Tullius a patre/uel quod eius maiores fuerunt tullorum.i. aquæductuũ inuentores. Tulli namq; ut Frontinus de aquæ ductibus / uocantur ductusaquarum.

Cap.viii.

VAllensi Laurentio recentiorum grammaticorum eruditissimo latinitatem situ corrosam uindicanti posteritas quantũ debeat/ nullus quidem est/qui id ipsum ignorat. Hic enim omnem expunxit Barbarię:ac Gotos/ & Euandalos a Capitolio prorsus eliminauit. Hic cęculis in sermonis proprietate latinis oculos latinitatis reclusit. Laurentiũ error Hic quoq; magnam/& amplam latine/pureq; dicẽdi omnibus copiam exhibuit. Sed quid multis est opus?receptui ne tanti in utraq; lingua uiri dicendo authoritatẽ eleuemus/canendum est. Præcipit Laurentius in elegantiarum primo:q̃ ficus ex se adiectiuum ficulnus ficulna ficulnũ/ & non ficulneam gignit/licet apud ecclesiasticos legatur aspice ficulneã & cæteras arbores:apud alios si memoria non exciderit/refert se non legisse: sed id ipsum non ipse primus commenitus est/sed a Porphirione sermonum Oratii primo accepit. Sed quoniam uetus est adagio lum/quandoq; bonus dormitat Homerus / & q̃ hominum memoria est labilis:idcirco has Laurentius/quas ipse subnectam/authoritates nõ Ficulneus recordatur. Ficulneum non modo dixerunt ecclesiastici/sed etiam Cato de re rust.capite trigegimo querneam/ficulneam usq; dum habebis/ & cap.31.ulmeæ/nuceæ/ficulneæ face/& cap.54.querneam/& ficulneã dato/& cap.100.ramulos ficulneos/Var.de re rust li.primo cap.18.quã insitione ficulneas/& uerno tempore/Col.li.6.cap.9. arboris ficulneæ/ & in.12.cap.2.quum etiã tp̃s est ficulneis arboribus caprificũ suspẽdere/ Apul.8.arbori ficulneæ/ Pli.lib.16.quibus & ficulnea & ligna ex hædera tradentur. Quid multis?q̃ sæpissime studiose Lector apud hos agriculationis scriptores leges:hic breuitatis causa/& q̃ in rebus notoriis nimium immorari non duximus/omittimus. Ficus pro arbore in genere Ficus masculino posuit Cato cap.42.& alterum inquit librum cum gemma de eo fico:&pro fructu etiam in masculino Pli.in.16.usus est:ait enim fici admirabiles sunt/& abortiui/Cato de re rust.fici quem edimus. Ficulnea quoq; est substantiuum Hieremias non sunt ficus in ficulnea. In cæteris in hoc nomine cum Laurentio idem sentio.

Cap.ix.

EX quo nostris in literis aliquantulum profecimus/semper aliquid noui non modo excogitare/scrutari/codicemq; maculosum/ deprauatumq; emaculare/sed in medium quoq; in cõmunem omnium utilitatẽ afferre constituimus/& effecimus:& id ipsum ideo præstitimus:tum ut aliis nr̃a prodessem ope:tum ut me indicarẽ argutulũ. Hoc assero: ꝙ abhinc bienniũ qdã necessarii/& me Hercule nõ imperiti/&qb⁹ nostrã denegare industriam nõ poteramus / adiuerũt me/& summopere ut Ciceronis or̃ones ociosi ne penitus torpescerem⁹/simul enudearemus/orauerũt:illorum ipe iustam/& æquam animaduertens petitionẽ Ciceronẽ actutũ corripui non inuitus/& recluso hunc interlegendũ in cæteris(passim enim codicẽ castigabamus)locum in pristinã/ sinceramq;(ut puto)reuocaui scripturam. Inquit Cicero Bosphœranis finitimis suis bellũ inferre simulasset usq; ad Hispaniã legatos Electanis misit ad eos duces/qbus cũ tum bellum gerebamus. Indagare cœpi/ ac multos eruere authores Electanos Hispaniæ populos apud nullum antiquorum inueniebam:tandẽ Strabonis authoritate fretus Iaccetanis emendaui. Inqt enim Strabo in tertio circa finem ad Aquitaniæ/&Hispaniæ confinia Iaccetani sunt/in quibus ea tempestate Sertorius cum Pompeio belligerabat. Postea uero Pompei filius Sextus aduersusCæsaris põsteros. Quæ Strabonis uerba cũ Cicerone adeo conueniunt/ut alter alterum declarare uideatur:hoc quoq; subnectimus Iaccetanos a Iacca urbe nuncupari/cuius Ptolemæus meminit.

Ciceronis locus

Iaccetani

Cap.x.

SVnt nõnulla/quæ in prima fronte q̃ facillima uidentur:& qum ea circũspectis omnib⁹ exprimere/interpretariq; tẽtaueris salebrosa/ & intellectu nõ facilia dep̃rehendes/qualia sunt hæc Ciceronis uerba de officiis primo cõtra officiũ est maius damnũ anteponi minori: in huius loci sensu pcipiẽdo non modo tyrunculi/sed ueterani quoq; laborãt:sed ut laborãtibus occurramus/& opitulemur/ asseueramus esse intelligendũ a contrario sensu hoc modo:ubi est maior utilitas/est minus damnũ:contra igitur officiũ est maius damnum anteponi minori hoc est rẽ præsentẽ de agris diuidũdis ubi est maius damnũ/ & minor utilitas anteponi filio/ubi est maior utilitas/& minus damnũ.Hoc scripsimus ne auditores præceptorum haures obtundant sæpe hoc ipsum consulentes. Et quoniam superius Ciceronẽ de officiis diximus:silentio præterire non existimamus quod a multis quærit̃/a nemine uero/quod legerim/enucleat̃. Qum Cicero ipe in p̃hemio testat̃/ Panetiũ maxime sequat̃ & Panætius qum libros περὶ καθήκοντος peri cathicontos inscripserit gtõ usus singulari/cur Cicero inscripsit de officiis in plurali. Ad qđ histe uerbis/sed subscure rñdit Ci.in ultimo epistolarũ.

Ciceronis locus

Cur Cicero inscripsit de officiis

ad Atthicum in ea epistola/quæ sexto idus mane in Suessano qui de in scriptione quæris/nō dubito/quin Τὸ κάθηκον to cathecon officium sit:nisi quid aliud/sed inscriptio plenior de officiis:sic autem Ciceroni filio uisum est:hactenus ipse. Deniq; inscriptio plenior de officiis Ciceroni filio uisa est:qui qum puer esset ad uirtutem capessendam dirigē/dus pluribus/&non uno cogebatur officiis.i.actionibus probabilibus imbui/ut habitum faceret. Haures cum H scripsimus:q; ab haurio dicūtur Verg.uocē his hauribus hausi. Sunt quoq; admonendi græcarum litera/rum ignari:q t post n pronuntiatur per d ut cathecontos cathecondos pronuntiatur.

Ciceronis locus

Haures

Taf post gni p delta

Cap.xi.

QVm anno superiori de officiis Ciceronem minoribus excu/sum typis manibus tenerē/ac lectitarem quidam argutuli/& sane docti/quiq; se philosophos/theologosq; in sermone præseferebant/in nostros(uti fit)se contulere penates:& me hunc for/te Ciceronis locum legentem nisi iniuria lacessitus offenderūt:nostros itaq; ubi subiuere lares/meq; uti decebat/salutarunt/confabulari cœpe runt/mox argumentari : Ciceronem non satis benedixisse nisi iniuria lacessitus:& hoc probare maxime conabantur Senecæ authoritate/& Lactantii Firmiani in eo libro/ qui Nephitomon inscribitur dicentis. Quid enim homini debeamus?eadem illa lex præscribit/ quæ docet/ quidquid homini præstiteris/deo præstare:sed radix iusticiæ/& omne fundamentum æquitatis est illud:unde ut ne facias ulli/quod nolis: sed alterius animum de tuo metieris:si acerbum est iniuriam ferre / & qui eam fecerit/uidetur iniustus/transfer in alterius personam / quod in te sentis/& in tuam quod de altero iudicas:& intelliges tam te iniuste facere/si alteri noceas/quā alterum si tibi. Hæc si mente uoluemus/ inno/centiam tenebimus/in qua iusticia uelut primo gradu consistit. Primus est enim non nocere proximo/sed officere prodesse : hæc Lactantius. Respondi illis enestigio nostrum Ciceronem bene loqui/&secundum ius ciuile/& authores ab his adductos secundum ius diuinum/& cano/nicum:illi magis negabant:proinde ostendere coactus ad iuris authores confugi:ubi quæ sequūtur inueniri:q licet nobis iniurias propulsare/& amouere/ut est contextus de iure in.l.ut uim.ff.de iusticia & iure:quin etiā uoluit Bart.in lege quæ oīa.ff.de procuratoribus:q si quis obiiciat mihi aliquod crimen/possum licite/& de iure ei dicere tu mentiris:& est ratio:quia qui dicit/quod uult/audiet quod non uult.13. quæstione prima. C.quia ergo:uersu qbus autem:item quia nō facit/quod debet: fiet ei/quod fieri non debet.l.fi.in fine de rei uendicatione:itē hoc etiā dico:q Iniuria dicitur id/quod non iure fit/ut est contextus expressus in institutionib9 de iniuriis in principio:& argumentor sic lege/&iure

Cicero defenditur

Iniuria

caueatur

caueatur: q; si quis mihi iniuriam intulerit:ut puta si bona mea aliter a iure habere nō ualeā/eundē impune possum interficere ut in.l.itaq;.ff. ad legem Aquiliam cum ibi notatis/& glossis. Vbi notandum est Glossam cū gemino ss/&non glosam per simplex ut uulgus imperitū allucinatur/esse dicēdum:& est teste Quintiliano in primo interpretatio linguæ secretioris:Glossam quoq; / & Glottā linguam nuncupant græci: hinc Aglotton uocat Aristophanes elinguem hoc est loqui non ualentem:inde Glossema glossematos. Quare concludamus Ciceronem signate/graphiceq; secundum ius ciuile fuisse locutum/& authores ab illis citatos secundum ius diuinum/atq; canonicum. Illud unum neq; silentio transeamus quare geminum ff significat digestis. Scito candissime Lector primum Pompeium cōsulem cœpisse magnam legum copiam. & indigestam coarctare/ & in ordinem collocare / sed obtrectatorum metu non perseuerasse/deinde. M. Crassum/mox.C.Cæsarē: quod Iustinianus perfecit/ & ordinauit:& ideo geminum ff significat digestis.i.fieri fecit.i.in ordinem/breuitatemq; digestam.i.ordinatā reduxit/uel si tuo hoc non sedet animo/accipe hoc : qum Pandectarum librum(quoniam græcum est uocabulum)prisci uolebant adducere primam tantum notam π cum accētu superne scribebāt circunflexo:eos imitabantur latini:scribæ tamen literas ignorantes binas esse ff existimarūt.in quam figuram adiecto unco facile fuit græcam deprauare notam. Est autem Pandecta uolumen aliquod quasi omnia intra se continens/&cōprehendens dicta a παν pan quod est totū/& δέχομαι dechomæ quod est capio. Postea uero Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani/& Hermogeniani codicem factum cōstitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusq; Imperatoris titulo disposuit/quem a suo nomine Theodosianum uocauit. Et quoniā in Iustiniani mentionem incidimus non ab re fore duximus quædam scitu digna non omnibus nota recensere. Regebat ut Paulus Diaconus in primo de gestis Longobardorum Andonio rege nono Longobardorum Iustinianus Augustus Romanum imperium felice sorte : qui & bella prospere gessit/& in causis ciuilibus mirificus extitit. Nam per Belisarium patricium Persas fortiter deuicit/per quem eundem Belisarium Vuandalorum gentem capto eorum rege Gelismero usq; ad internitionem deleuit/Aphricamq; totam post ānos nonaginta & iure/ &ui Romano imperio restituit:rursumq; Belisarii uiribus Gothorum gentem in Italia capto Vuichiso eorum rege superauit:Mauros quoq; post hoc Aphricam infestantes/eorumq; regem Attalam/ut alii Attilam per Ioannem proconsulem mirabili uirtute protriuit. Pari etiam modo & alias gentes belli iure compressit:quā ob causam propter horum hominum uictorias ut Alemanicus/Gothicus/Francus/Germanic9

Glossa

Glotta

Aglotton

Glossema

Legum copiam & indigestam quis primū coarctauit

ff

Pandecta

Theodosianum

Iustinianus

Atticus/Abaricus/Vuādilicus Aphricanuſq; diceret/&habere tot nomi
na meruit. Leges quoq; Romanas/quarū prolixitas non minima erat/
& inutilis diſſonantia mirabili breuitate correxit. Nam oēs conſtitutiō/
nes principum/quæ utiq; multis in uoluminibus habebantur/in duode/
Codex Iuſtinianus cim libros cōtraxit/Idemq; uolumen Codicem Iuſtinianum appellari
præcepit: rurſumq; ſingulorum magiſtratuum/ſiue iudicum / iuriſcon/
ſultorumq; leges/quæ pene ad duo milia librorum erant extenſæ intra
quinquaginta librorum numerum redegit/eumq; codicem digeſtorum
ſiue Pandettarum uocabulo nūcupauit: quatuor etiam inſtitutionum li
bros/in quibus breuitas uniuerſarum legum contextum comprehendit/
opus nouum compoſuit. Nouas quoq; leges/quas ipſe ſtatuerat/in unū
uolumen redegit/eumq; codicem Nouellam nuncapari ſanciuit. Extru
xit quoq; Idem princeps intra urbem Conſtantinopolin Chriſto domi
Agya Sophia no/qui eſt ſapientia dei patris templum/quod græco uocabulo Agyan
Sophiam.i.ſanctam ſapientiam nominauit. Et quoniam noſtrum fuit
Vuinnili ſemper nihil intactum relinquere: proinde qui prius Vuinnili nuncupa/
Longobardi bantur ut Idem ait Diaconus Longobardi fuerunt dicti ab intactæ fer/
ro barbæ longitudine. Nam iuxta ◆orū linguam Long longam/Bard
barbam ſignificat: Recitat enim antiquitas ridiculam fabulam: q; acce/
dentes Vuandali ad Goddanum uictoriam de Vuinnilis poſtulauerint:
illeq; reſponderit ſe illis uictoriam daturum/quos priores oriente Sole
reſpexit: tunc accedentem Gambaram ad Fream uxorem Goddani ui/
ctoriam Vuinnilis poſtulaſſe: Freamq; conſilium dediſſe: ut Vuinnilorū
uxores ſolutos crines in faciem ad barbæ ſimilitudinem demitterent:
maneq; primo cum uiris adeſſent/ſeſeq; pariter uidendas Goddano in
regione/qua ille per phaneſtram in orientē uerſus aſpicere ſolitus erat/
collocarent: qumq; id factum fuiſſet/eoſq; Goddanus oriente Sole in/
tentius aſpiceret/dixit/qui ſunt iſti Longobardi/tunc Fream ſubiunxiſ
ſe precantem ut quibus nomen tribuerit / uictoriam condonaret: ſic
Goddanum Vuinnilis uictoriam conceſſeſſe. Qui Longobardi ut P to
lomæus diffunduntur a Rheno Alemaniæ fluuio ſub Sicambris uſq;
Tropea Druſi/& ſequentem fluuium Albin: hiq; Italiam occupaue/
runt annis ducentis/& amplius/& Galliam Ciſalpinam de ſuo nuncu/
Longobardia pauerunt nomine Longobardiam: mox per ſincopen Longobardiam/
Lombardia nunc Lombardiam uocamus. Cæterum nequid utile relinquatur inta/
Auguſtus ctum aſſerimus hunc Iuſtinianum appellatum Auguſtum ideſt uene/
Sebaſton rabilem. Id enim nomen Auguſtum ſignificat Apul.in.3.nomen Au
guſtum Cæſaris inuocare tentaui: Sebaſton nuncupant Græci: uel dici/
tur Auguſtus religioſus/ſanctus ut locus / in quo augurato quid conſe/
cratur ab auctu hoc eſt incremento: unde Auguſtum quaſi auctum Io
uis ope imperium Ouid. augeat imperium noſtri ducis/augeat annos/

Egesippus quoq; lib.5. Augustum apud Romanos nomen imperii est: ꝙ augeat suos/non ꝙ alienos opprimat:uel ab auium gestu idest signi/ficatione/uel ab auium gustatu. Quoniam aues pastæ id faciunt ratum: unde ædes/templaq; rite consecrata uocantur augusta Ouid.primo Fa sto.sancta uocant augusta patres/augusta uocantur/templa sacerdotum rite sacrata manu/huius & augurium dependet origine uerbi: & quod cum sua Iuppiter auget ope/ponitur tñ pro nobili/sacro/& maiestatis pleno Vergi.in Georg.si quando sedem augustam: hinc Octauius Au/gustus/qui primus hoc meruit cognomen:inde reliqui Romani Impe ratores Augusti nuncupati/sicuti Cæsares a Iulio Cæsare/qui non ap/pellatur a cæso(uti tradunt)matris utero. Matrem namq; habuit Aure/liam/cui ut Suet.& Plut.referunt dixit aut me pontificẽ/aut exulem ho die uidebis:Scipio tamen Aphricanus ut Pli.in.7. & Sol. hoc primus apud Romanos a cæso matris utero sortitus est cognomen/sed hoc ni hil ad Iulium Cæsarem : Spartianus uero in Elio Imperatore tradit eum qui primus Cæsar appellatus sit/hoc nomen esse sortitum ab Ele phanto/qui lingua Maurorum Cæsar dicitur / in prelio cæso:uel dici/tur Cæsar:quod magnis sit crinibus parentis utero effusus:uel ꝙ oculos habuerit cæsios. Hoc/ꝙ inter Augustum / & Cæsarem interest suppri/mendam esse non duximus. Qđ Augusti dicũtur hi/qui nunc regnãt/& ab senatu imperatoris nomine honestati sunt. At Cæsares dicuntur: qum ab ipso Augusto sunt electi ad aliquam regendam prouintiam cũ Cæsaris tantum honore:donec Augustus uixerit post eius mortem suc cessuri in imperio ut Amianus Marcellinus:quibus uerbis patet:ꝙ Im perator Constantinus in.l.si excepta C:de maleficiis asseruit artem ali/quam diuinandi / aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo/uel Cæsaris fuerit deprehensus. Flauium quoq; fuisse Iustinia/num nuncupatum in principio institutionum non a colore flauo / qđ erat coloris rubri/flauiq;/sed de domo/familiaq; Flauiorum:uocatur & Pius contenderem non a Pio Antonio ut aiunt/ sed a iusticia / quam exercuit : ut sit de euentis celebratus Fortunæ / & animi ut uocaretur Pius idest iustus / & religiosus. Quoniam Pietas est pars iusticiæ / & non ut patuit in Spicilegio nostro separatur a religione. Felix a feli/citate/quam semper habuit secundam & prosperam. Inclytus clarus a gestis magnificis. Inclytus enim dicitur a κλυτος clytos idest clarus : a quibusdam a cleos idest gloria deducitur : ut esset inclytus id est ualde gloriosus : Tropea scripsimus etymon græcum secuti. Di/citur enim a τροπή trope idest conuersione : ubi uersi sunt in fu/gam hostes.

Cæsar

Codicis locus

Flauius

Pietas

Inclytus

Tropæum

Cap.xii.

INnocentius Lucius Montellanus iuuenis nõ eruditus solum/& ele/gans/sed moratus quoq; Neapoli/ubi mecum per sacros(ut solet) dies manserat/in patriam profecturus Gabinium meum orauit/ut certiorẽ/ubi meã acce perit sentẽtiã/faceret/ ut si qd ultra illa uix tria ut in primo de finibus/uel ut in Lælio tria/aut quatuor Cicero tradit amicorum paria apud authores legerim:quin(suo si oporteret)nomine me rogaret/ut impertirem.Ipse ne tantorum necessariorũ desideria apud me uulgaria/& inania essent:quot amicorum paria fuisse reperi in hoc perexiguo/ut quam ipse intepretationẽ susceperit/ perficiat / opusculo inserui:apud ueteres hæc amicorum paria legimus Theseum & Perithoum:Achillem & Patroclum:Nisum & Eurialum : Damonem & Phytiam: Pyladen/& Horestem:Herculem & Philocteten : Epaminundam authore Plutarcho & Pelopidem;Stenelum & Diomedem ut Philostratus in Heroica scribit non minore amicitia inter eos fuisse q̃ Achillem & Patroclum. Luctatius etiam grammaticus Tydeum & Polinicem addit;Scipionem & Lælium.Valerius autem Maximus in quarto de amicitia hos etiam enumerat.C. Blosium Cumanum Tyberium Graccum:C.Graccum Pomponium et Lectorium:L.Rheginum &.Q.Seruilium Cepionem:Volumnium & Marcum Lucullum: L.Petronium &.P.Cælium:Seruium Terentium et.D.Brutum:Augustum & Agrippam:Alexandrum & Ephestionem:et in primo Polistratum & Hippoclidem.Non me præterit fore nonnullos uel maxime admiraturos cur Graccum citra literam H scripserim:sed illos omnes prius ut hæc Varronis uerba perpendant/mox suo utantur iudicio oratos uelim.Inquit enim mater illius / qui primus dictus est Graccus/ duodecim menses filium gestauit:quare ꝙ legitimũ partus tempus superegressa sit:qumq; diutius q̃ sit grauidarum mulierum mos/ gesserit partum Graccum a gerendo nominarunt.Hæc sunt/quæ apud probatos de amicorum paribus lectitaui.Verum silentio præterire non destinaui/quod est lectori conducibile.Quam Cicero/& Aristoteles Bianti sententiam ascribunt/Gellius in primo cap.3.Chilonis fuisse contendit:quæ hæc erat/ama tanq̃ aliquando sis osurus : item oderis/ tanq̃ sis amaturus:sunt qui Thaleti tribuunt/aliqui teste Laertio Soloni. Et quoniam in Lælium incidimus/hæc/quæ in prima fronte sunt q̃ facillima/ in promptuario uero q̃ reconditissima perpendamus uerba: hæc igitur prima lex in amicitia sanciaͭ:& paulo inferius hæc igiͭ prima lex amicitiæ sanciatur:quorũ uerborũ erit sensus/& ordo prima lex sanciaͭ in amicitia cõparanda/coniũgendaq; amicitia/hoc est in principio q̃n comparaͭ/ut pseuereͭ in ipa amicitia:prima lex sanciaͭ amicitię ptę/cõparatæq;.i.ubi cõparaueris amicitiã:ut ad uitæ finẽ sine dolis pseueretur.

Amicorũ paria

Graccus

Ama tanquã aliquando sis osurus / oderis tanq̃ amaturus

Ciceronis loci

Cap.xiii.

SOlent me Dius Fidius nō minimam in adulescētulorum animos ambiguitatem aliquando inserere commentarii. Nihil enim pen/si habent/quibus maxime scribunt:ut se dum alios carpant. osten/tent. Sic nanq; sibi famam/& decus comparare credūt:hoc nos nō alia de causa dicimus:quod alter interpretum in prima Ciceronis epistola ad Lētulum in illo loco/ Senatus religionis calumniam ait calumniam quidam exponunt falsam interpretationem:quod mihi non placet/sed potius cauillationem idest frustratoriam contentionem. Nam Senato/res non uno modo Sibyllina Carmina interpretabātur. Alter ait quia re uera de reducendo rege non loquebantur scripta Sibyllæ/ & calum/niam pro falsa interpretatione sumit. Hęc qum miselli legūt adulescen tuli/obstupescunt:& cuius dictis innitent/prorsus ignorant. Nos uero neutri assentientes calumniam cauillatione interpretamur. Libri nāq; Sibyllini præcipiebant:si Aegypti rex auxilio quodam indigens uene/rit/eius amicitiam ne abnueritis/sed illum multitudine ne iuueritis:q si aliter factum fuisset/labores/& pericula habebitis. Quæ Sibyllæ uer/ba. C. Cato tribunus plæbis populo primus promulgauit. Calumniam ergo non q religionis esset aliqua calumnia/sed calumniose.i.cauillose Senatus attestabatur/ut exercitum prohiberet Romanum Aegyptum petere. Senatores enim irati/et odio regem habētes/quin Ptolomæū pecuniā per Amonium regis legatū ex Epheso Romam missum lar/gientem/& multos magistratus/ipsumq; Senatum oppugnantem ut a Pompeio cum exercitu reduceretur/deprehendissent/aiebāt; qūm nō omnes essent oppugnati/libros Sibyllinos præcipere/ne rex reuocare/tur/& hæc erat calumnia.i.cauillatio quædā nō religionis.i. librorū Si/byllinorum/sed ipsius/ut nequis propter exercitus cupiditatem Alexan driam iret ut inferius indicat aperte sic dicens inuidis/atq; obtrectato/ribus nomen inductum fictæ religionis non tam ut te impedirent/quā ut nequis propter exercitus cupiditatem Alexandriam uellet ire:&hoc ob Pompeium/qui tunc non Romani exercitus(ut unus interpretum ait)erat imperator/sed rei frumentariæ totius Italiæ præerat ut Plut. in uita Pompei:et hoc Pompeius ipse consecutus fuerat Lentuli fauo re/ut ex eodem Plutarcho colligitur:et ipse Cicero in hac epistola in/nuit dicens q eum ornasti/quem locum exponunt interpretes q eum o Lentule laudasti anteq̄ Roma in Cilicia profectus esses/non ad hoc sed ad rei frumentariæ dignitatem(ut diximus)omnino est referendū. Qđ libri Sibyllini prohibebant exercitum Romanum Aegyptum pe tere Lucanus ad Pompeium/ qui non ab hoc Ptolomæo(ut quidam asserunt)sed ab huius filii seruis iussu regis fuit obtruncatus ut Plutar/chus/ Cæsar in commentariis/& Appianus indicant/alludēs ait Noxia

Ciceronis locus

Sibyllæ dicta

Ciceronis locus

Pompei⁹ a quo obtruncatus

ciuili tellus Aegyptia fato/haut equidem immerito Cumanæ carmi/ne uatis cautum:ne Nili pelusia tangeret ora Hesperius miles/ ripasq; æstate tumentes. Cæterum ut iuuenibus nimio studio & auiditate non parua flagitantibus quot libri fuerũt Sibyllini/& quot Sibyllæ prosimus hic quæ apud multos/uariosq; authores omni nr̃a adhibita sedulitate legim⁹/cõteximus. Sibyllinos libros non fuisse unius Sibyllę/sed appellatos uno noĩe Sibyllinos:q̃ oẽs fœminæ uates Sibyllæ sunt a ueterib⁹ nuncupatæ. uel ab unius Delphidis noĩe/uel a cõsiliis deorum denũciãdis σιους sius enim deos/& non θηους theus/consilium non βου/λην bulen/sedβουλιαν bulian appellãt æolico genere sermõis. Itaq; Sibyllam dictã esse quasi σιουβουλην syubulen.i.dei consilium/seu scientiam: Licet apud Lactantiũ sed mẽdose nimis θεοβουλιν theo/bulin legatur. Cæterum Sibyllas decem numero fuisse ut Hieronymus cõtra Iouianũ cõstat. Prima fuit de Persis/cuius mẽtionẽ fecit Nicanor nominata Sambate/hãc Calcidicã ueteres prohibẽt/alii Hebræã. Secũ/da Lybica/cui⁹ meminit Euripides. Tertia Delphica/de qua Crisipp⁹ loqtur. Quarta Cumea/quã Italicã/eo q̃ in Italiæ solitudinibus uixit/appellant/cuius meminit Neuius de bello punico/& Piso in annalib⁹. Quinta Erithræa Ery filia/quã Apollonius Erythræus affirmat suam fuisse ciuẽ/eamq; Grais Iliũ petentib⁹ uaticinatã/& peniturã esse Troiam/& Homerũ mẽdacia scripturũ. Altera quoq; fuit ex eadẽ urbe di/uinatrix/quæ Athenais uocata dicit̃. Sexta Samia a Samo insula nũcu/pata/quã Pito nominatã ferunt/de qua scripsit Erathostenes in antiqs annalib⁹ Samiorũ reperisse se scriptũ. Septima Cumana/siue Cumæa nomine Amalthæa/ quæ ab aliis Demophile/uel Hierophile ob sacrarum rerũ amorẽ dr̃/licet Erophile in multis legat̃ authorib⁹/ sed mendose:sunt q̃ Tarasandram uocãt/nõnulli Alianã Lithrã / Vergili⁹ autẽ in.6. Deiphoben Glauci dei marini filiã Phœbi/ Triuiæq; sacerdotẽ nominat/hinc Ausoni⁹ uincas Cumeã tu quoq; Deiphobẽ:& hæc Roma noꝝ fata heroico scripsit carmine Tibullus in.2. te duce Romanos nũq̃ frustrata Sibylla abdita q̃ senis fata canit pedib⁹:hui⁹ sacellũ ut Solin⁹ prope Aornũ ẽ sitũ/& sepulcrũ ĩ Sicilia in oppido/cui nomẽ est Lilibæũ seculaq; p̃ metalla diuisit/definiuitq; qs quo seculo iparet:& Solẽ ultimũ i. decimũ esse uoluit/moxq; oib⁹ finitis oĩa debere renouari:quæ Platonis quoq; fuit opinio: q̃ nouẽ libros attulit ad regẽ Tarqniũ Priscũ/ac p̃ eis trecẽtos Philippeos postulauit:rexq; aspnat⁹ p̃cii magnitudinẽ/ac mulieris insaniã derisit:illa in cõspectu regis tres cõbussit: ac p̃ reliquis idẽ p̃tiũ postulauit:q̃ denuo trib⁹ aliis cõbustis/qum in eodẽ pretio perseueraret/motũ esse regẽ/ac residuos trecẽtis aureis emisse. Sed eã mulierẽ tunc a Tarqnio digressam postea nusq̃ loci uisã ꝯstat. Libri tres in sacrariũ cõditi Sibyllini appellati/ad eos quasi ad oraculũ qndecim uiri

Sibylla

Lactantii locus

Sambate

Athenais

Pito

Amalthæa

Demophile Hierophile Taasandra Alianat Lithra Derphobe Glauci

Omnia renouari

adeũt:qum dii imortales publice cósulẽdi sũc:uel ut Cicero in.1.de di/uinatio.quoties Senat⁹ decẽ uiros ad libros ire iussit.Octaua Helespontica in agro Troiano nata uico nõ Marinesso ut mẽdose legit' in.1.Lactantii cap.6.sed Marpesso ut Pausanias in Troade ita uocãs Sibyllæ domiciliũ/ uel Mermasso ut Stephanus iuxta Gergithiũ/& Polichnen urbes Troadi finitimas/quã scribit Eraclites Põtic⁹ Solonis/& Cyri fuisse tpib⁹.Nona Phrygia/q̃ uaticinata fuit Anticyræ.Decimã fuisse Tyburtẽ nõie Albumæã/q̃ Tyburi colit' ut dea. Quæ oĩa ex Lactãtio in 1.cap.6.Gellio in.1.cap.19.& Diuo August.ex libris de ciuitate dei/et reliqs de Sibyllis scribẽtib⁹ accepim⁹.Martianus uero Capella nõ decẽ sed duas fuisse Sibyllas sic ĩ fine secũdi scribẽs ait Sibylla uel Erythræa quæq; Cumea est/uel Phrygia/quas nõ decẽ ut asserũt/sed duas fuisse nõ nescis.i.Hierophilẽ licet in Martiano Erophilã sed mẽdose legatur Troianã Mermessi filiã/& Symachiã Hyppotẽtis filiã q̃ Erithræa ꝑgenita etiã Cumis ẽ uaticinata.Aelianus aũt in.xi.Sibyllas quatuor asserit fuisse Erythræã/Samiã/Aegyptiã/Sardianã.Sunt q sex itẽ adiiciũt inter quas Cumæã/Iudæamq;.Plinius uero/& Solinus tres tantũ/ & nõ noue ut Gellius/Dionysius in quarto/& Lactãtius fuisse libros Sibyllinos tradũt:quorũ duob⁹ cõbustis tertius a Romanis occultabat'.Religio ut neqd scitu dignũ relinquat'/est deorũ cultura dicta nõ a relegendo/tanq̃ relegerẽt & diligẽter retractarẽt oĩa/q̃ ad cultũ deorũ ptinent ut Cic.de natura deorũ li.2.circa finẽ ait/sed a religãdo ut Lactanti⁹ li.4.cap.28.qa hoc uinculo pietatis obstricti deo/& religati sumus/uel a re i.effectu/& eligo ut August.in.10.de ciuitate dei/uel a relinquendo ut Massurius iuriscõsultus:qa cuncta/qum ad religionẽ accedimus/omittere debemus.Hoc etiã ut neqd amplius in hac epl'a desiderere't:omissa interpretũ sententia addimus:ꝙ ille locus ex illo Senatus cõsulto sic est intelligendus:ut Senatus sit rectus casus/& ordo Senatus ex illo consulto tibi decernit/ut regẽ deducas/quod cõmode facere possis:& commode ad Lentuli cõmoditatẽ/qum sit in Aegypto uicinus(licet alter interpretũ neget)referendũ censemus:quod Cic.epistola.7.primi libri epistolarũ his uerbis apertissime demõstrat/quoniã Senatus cõsultum nullum extat/quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit ea/ quæ de ea re scripta est authoritas/cui sis intercessum esse/ut nequis omnino regẽ reduceret/tanta uim habet:ut magis iratorũ hominũ studium/q̃ cõstantis Senatus cõsiliũ esse uideatur te posse prospicere/qCiliciam Cyprumq; teneas/quid efficere/qd cõsequi possis:uel cõmode.i.utiliter/&cõueniẽter tam Populo Romano/q̃ Ptolomæo si sine exercitu ibis in Aegyptũ:sunt q quomodo interrogatiue legũt : & tunc sensus erit quod scilicet reuocare regẽ quomodo possis facere?ut.i.postq̃ relligio tollat.i.tollere uelit exercitum quasi dicat/ꝙ nõ possis reuocare.

Lactantii locus

Albumea

Sibyllæ duæ/nõ decem

Martiani Capellæ locus

Symachia

Libri Sibyllini quot

Religio.

Ciceronis error

Ciceronis locus

Cap.xiiii.

Plinii loci

PLinius in suæ naturalis historiæ libro uigesimonono capite primo hæc refert: auxit deinde famam crimine ictum fulmine Aesculapium fabulata: quoniam Tyndaridam reuocasset ad uitam. Quæri solet a multis quem Tyndaridã Plinius intellexit/quo Aesculapius fulmine cõfossus fuerat: quum apud idoneos/et fide dignos authores Hippolytum Thesei filium ab equis discerptum sua arte in uitam reuocasset/et non Tyndaridam legerimus: quem locum a nemine literatorũ (quod sciam) explicatum inuenio: multos quoq; consului/et nullum id ipsum mihi enudeãtem/ac nodum Gordianum enodantem reperi. Tandem nacti Pausaniam Græcum historicum/et uetustatis indagatorem Plinium græcam historiam secutũ incunctanter astirmamus.

Tyndarida Hippolytus

Refert enim Pausanias Tyndaridam ideo Hippolytum appellatum: eo q unus ex Tyndari Lacedemoniorum regis familia fuit: Aegeus namq; patruum habuit Tyndari fratrem/a quo Tyndaro (ut ipse instituit) omnes/qui de eadẽ erant familia/Tyndaridæ appellabantur. Hyppolyto ergo Tyndarida/qui ex Tyndari familia fuit oriundus/in uitam reuocato Aesculapius fulmine ictus fuit. Quocirca satis Plinii sententiam/quemadmodum fuerat græcos secutus/constare arbitramur. Siqs uero hac nostra sententia melius senserit/illum oratum uelim/ut in cõmunem omnium utilitatem edat: Et quoniam in Aesculapii/Hippolytiq; mentionem incidimus/nõ erit ab re si hoc Ouidii carmen ex Fastorum sexto in fine emaculabimus: carmẽ est surgit humo iuuenis stellis afflatus auitis: ubi stellis auitis aiũt interpretes/quibus Iuppiter auus eum ornauit. Verum quia nunq̃ nisi memoria exciderit legimus afflatum stellis/seu sideribus/sed fulmine/et uento: proinde telis/et non stellis legendum esse contendimus: telis ergo auitis .i. fulminibus/quibus Aesculapius Phœbi filius/& Iouis nepos/quoniam Hippolytum in uitam reuocauit/afflatus/percussusq; fuit.

Ouidii locus

Cap.xv.

Ausonii loci

OBlectamenti causa nupertime in manus Ausonium lepidissimum poetam accepimus: & adeo multis in locis deprauatum inuenimus: q fere pœnituit accepisse: sed ne contempsisse uideremur/interl gendum nonnulla emaculauimus/quæ hic in uno coadunata loco/ut aliis conferamus/conscripsimus. In primo epigrammate Conosq; truces legebatur/nos Cymbrosq; truces emendauimus: & in tertio cedere quæ fato/& non credere: & in quinto natumq; patrẽq;/& non parentemq;: & in decimo nil uerius ipsa est/& non ipse; & in duodecimo ab imo est/& non ab imo est; & in tertiodecimo urbis ab Hectorea/& non æterna & in trigesimo primo nunc ego sum Cynicus/& non Cynices: & in quadragesimo tertio hoc die mercator/& nõ

mercatus

mercatus:& in quadragesimo quarto quis te dicentem in imagine/& non dicentis:& in quadragesimo septimo picta mei/& non picti uici: & in quinquagesimo cui pera penus/&non parua penus legimus. Sensus namq; est:q Diogeni Cynico pera erat penus.i.receptaculum eduliorum/& dolia erant sedes.i.habitationes.Sed hactenus de Ausonio: ad reliqua pergamus.

Cap.xvi.

MVltos & recentiores/& antiquarios legimus afferentes:q quãuis quæstorum antiquissima esset origo: Tamen ante Tullum Hostilium fuisse quæstores(ut aiunt)non inueniũt. Nos ut studiosæ iuuẽtuti/&fortassis(absit inuidia uerbo)ueteranis prosimus: quæ apud authores legimus/inpræsentiarum in communem omnium utilitatem afferimus:& quæstores ante Tullum Hostilium fuisse Gratianus in libro/quem de temporibus scripsit/ipsum Romulum/& Numã duos habuisse/quos non suo/sed populi suffragio creatos ostendit/ & Iunius libro septimo tradit Romulus suffragio populi quæstores binos creasse/& Fenestella de magistratibus antiquis ait/quæstoribus creãdis origo uetustissima est/&ante omnes pene magistrat⁹ instituti sunt. Quibus authoribus omnibus liquere arbitror/ ante omnes magistratus & Romuli temporibus quæstores fuisse. Quæstores Marco Varrone dicuntur a quærendo/qui conquirerent publicas pecunias/& cõstituti sunt ut Pomponius in.l.2.de origine iuris qum ærarium Populi auctum esse cœpisset/ut essent qui illi præessent/& rebus capitalibus. Quia ut inquit Fenestella/& Pomponius in.l.2.§.iisdem temporibus de origine iuris de capite ciuis Romani iniussu populi non erat permissum consulibus dicere:propterea quæstores constituebantur a populo/qui in capitalibus præessent/qui iudices maleficiorum appellabantur quæstores parricidii/qui causas capitales/maleficia/& manifesta conquirebant/& ut punirentur/operam dabant. Parricidium apud ueteres omne intelligebatur homicidium/& Parricida omnis homicida / & occisor parentum & aliorum necessariorum:quæ maleficia Triumuiri capitales nũc conquirunt/& exequũtur per carnificum ministeria:qui Triumuiri capitales ubi de Samnitibus Curius Dẽtatus triumphauit primum Romæ creati fuerunt:qui de criminibus cognoscerent/& in facinorosos siquid scelere/&perfidia deliquissent/ animaduerterent:carceris custodiam habebant/& curam/ut supplicii instrumenta ut laqueus/ensis/securis/ mensa lanionia & alia huiusmodi non deessent neci destinatis/hinc Salust. in Cat.ait Triumuiros quæ ad supplicium postulabat/parare iubet/& inferius iudices rerum capitalium/quibus præceptum erat / laqueo gulam fregere. Post uero Cannensem cladem propter ærarii/& militum inopiam fuisse creatos Triumuiros monetales conquærendæ pecuniæ:

Quæstores

Quæstores parricidii

Parricidium

Parricida

Triumuiri capitales

Salustii locus

quorum quæstorum etiam meminit lex duodecim tabularum/uectiga/ lia exigebat:& ideo prouincias sortiebantur / & Iulius Cæsar quæstor Hispaniã sortitus est:ubi cum mandato reipublicæ iuri dicẽdo conuen/ tus ut Suet.circuiuit:quod ut Vlpianus in.l.i.de officio quęstorũ factum est decimo Druso/& Porcina consulibus. Primũ patricii creati/postea indifferenter patricii/& plæbei/& Asconio referente senatoris admini stratio erat/quæstorẽ fieri/in prouincia curã agere quærendæ/& conser uandæ pecuniæ publicæ in diuersos usus erogandæ. Cornelius autẽ Ne pos ait a Iunio Bruto post exactos reges quæstores duos creari / qui rẽ militarem comitarẽtur:duos deinde addidit/qui res urbanas curarent: mox qum stipendiariæ prouinciæ fierent/duplicatus numerus:post ue/ ro Syllæ legẽ creati uiginti. Apud Athenienses amplissimus magistra/ tus fuit Quæstura/quã qum gereret Periander grauissimam contraxit offensam/& ꝙ populo frumentũ impertiret partius accusatus/& a plæ be pro contione lapidibus obrutus fuit. Quæstorũ munus erat acta Se/ natus/& principis præscribere;orationes imperatorũ/ & libellos ad Se natum missos cũ postulatis recitare/& mandare literis/dictandiśq; epi/ stolis/& legẽdis assidue uacare. Quare orationes principum / senatusq; edicta/ac militũ contiones per quæstores sæpe perscripta/lecta/& audi ta fuisse legitur:quorum etiã erat cura legatos/regesue Romã uenien/ tes pro dignitate Populi Romani excipere/obuiam proficisci/ægrotos curare/& si quãdo uita defungerẽtur sumptu publico sepelire ut Valẽ. Maximus;quæ quæstura primus erat honoris gradus ut Cicero in ora/ tionibus:hactenus de quæstoribus. Et quoniam superius de legibus duo decim tabularũ mentionẽ fecimus/nõ erit ab re / hic dicendum esse:ꝙ placuit publica authoritate decẽ cõstitui uiros/p quos peterentur leges a græcis ciuitatib⁹:ut ciuitas fundaretᷓ legib⁹/quas in tabulis eburneis scri ptas ꝑ rostris cõposuerũt:ut possent leges aptius pcipi authore Põpo/ nio iuriscõsulto de origine iuris in principio. Quæ Põponei sententia repugnat Liuio in tertio ab urbe cõdita in fine sic scribẽti priusꝗ urbẽ ingrederẽtur leges decẽ uirales/qbus duodecim tabulis est nomen/in æs incisas in publico posuerũt. Cui ergo est maior fides adhibẽta Pompo nio/an Liuio?qum uterq; sit author grauissimus/ambigitur. Ipse uero magis crederẽ/cui tertius utrisq; nõ inferior astipulatᷓ / Plato in Minoe in fine his uerbis Tallus eni ter quotãnis pagos oẽs lustrat/leges eorum obseruatur⁹ tabulis æreis leges insculptas circũferẽs/unde æreæ nomi/ natæ sunt: Platoni Cicero in.2.de diuinatione æra legũ dicẽs assentitᷓ &Dionysius in.x.foedera uero Latiorũ in colũnã incisa esse post Ro/ stra Cicero in orone pro Cornelio Balbo tradit. Porphirio tñ in hoc Oratii carmine in arte poetica leges incidere ligno refert:a reis eni ta/ bulis antiqui nõ sunt usi sed arboreis has incidebãt leges : unde adhuc

Leges.12.ubi incisæ

Põponii error

Axones

Athenis legũ tabulæ Axones uocant. Nos autẽ in hoc ipso excutiẽdo ut tantorũ celeberrimorũ litẽ uirorũ cõponamus pluribus/& nõ ut i Põ ponio astipulamur. Verũ anteq̃ alio trãseamus, hoc quoq; subiũgimus/ quum Populus Romanus seditiosos ferre nõ posset magistratus decem uiros legibus scribẽdis creauit:q leges Solonis/quæ ut Pausanias in primo in Prytaneo Athenis scriptæ seruãtur/in Latinũ sermonẽ translatas Duodecim tabulis exposuerũt. Decẽ autem uiri hi fuerunt Appius Claudius. Ti. Genutius. Pu: Sextius: Lu: Veturius: Ca: Iulius: Mar. Mallius: Pu: Sulpicius: Pu: Curatius: Ti: Romulius: Spu: posthumius.

Leges cur

Decem uiri qui

Cap. xvii.

VAlerius Flaccus eximius poeta q̃uis multis in locis mẽdosus legatur. Ipse tñ primũ carmẽ in pristinã (ut autumo) lectionẽ reuocaui/& sic ab ipso poeta scriptũ fuisse cõtẽdere. Carmẽ est prima deũ magnis canimus freta peruia nautis: q fuerũt magni nautę deũ apud nullũ idoneũ (quod meminimus) authorẽ legimus. Proinde audaciori calamo natis emẽdauimus. Quia ut ex eodẽ etiã poeta colligitur Iason deũ natos ut Herculẽ/Castora/Pollucẽ/Orpheũ/& nõnullos sibi alios in arietinæ pelliculę expeditionẽ socios asciuit. Quãuis hæc quoq; expositio me nõ fugiat/poetã nautas appellasse deũ: q nauis Argo/ de qua uide Spicilegiũ in Argo/erat Palladi cõsacrata/cuius ope/atq; Iunonis uenerũt incolumes/uellusq; abstulerãt/nauẽq; numinibus dicatã habuerãt: ideo nautas dixit deũ/quod mihi nõ placet: sed de hoc poeta in reliquis annotamentis non pauca retulimus.

Valerii Flacci locus

Cap. xviii.

PErsius & si breuis/nõ minimi tñ est pretii. Multa namq; sunt minima/q̃ uel magno cõparantur: & hoc gemmæ/lapilliq; maxime testãtur. Qui poeta in decimo Quintiliano tradẽte uno in libro multũ & ueræ gloriæ meruit. Sed qd multis? ad rẽ ueniam: legitur in pricipio satyri Coruos poetas/poetridas Picas. Vbi alter interpretũ ait poetridas formatiõ est p modũ patronymici ut masculũ poetã/mulierem poetridẽ. Ipse qum apud Græcos/& Latinos nomina artiũ neutiq̃ formare patronymicũ legerim: Idcirco poetrias legendũ esse cẽserem. Vt eni poetã masculũ/sic poetriã fœminã Græci nuncupãt: etiã locum epl'æ Saphus in fine emaculandũ esse diiudico gratã lyram posuit tibi Phœbe poetria Sapho/& nullo hic mõ poetica legẽdũ existimo/hinc Terẽtianus ait dicit' eadẽ p̃clara poetria Sapho: hac forma dicit' & Proxenetria p̃nuba/& cõciliatrix nuptiarũ ut est rubrica Codicis de sponsalibus/& arris spõsaliciis/& proxenetriis licet in uulgaribus codicibus/sed nimis inscite p̃sceneticis legat'. Possumus quoq; in Persio poetridas legere dũmodo nõ sit patronymicũ/sed nomẽ. Nomina nãq; in A masculina latina/græca in Es faciũt fœmininũ ex se in tria / & in tris ut poeta latine/græce poetes/in fœminino est poetria/& poetris: hac ergo ratione in Persio poetridas legere poterimus.

Persii locus

Ouidii locus

Proxenetria

Codicis locus

Cap.xix.

PErsius/quem diuus Hieronymus satyrum disertissimum nuncu/pat/tanta sui temporis malos/& ambitiosos acerbitate/salibusq; sugillat:q̄ omnes merito uatis acumen & laudant & admirantur: & quamuis Sole clarior/qum tot alioqui uiri/& ingeniosi/& literati in eo ipso dilucidando desudauerint/esse deberet: multis tamen in locis etiam sub umbra latitat:in quibus non dissimulandum est: quisq̄ faxit oletum:ubi Oletum significare stercus humanum interpretes aiunt/ ci/tantq; Verranii authoritatem dicentis sacerdotula in sacrario fecit ole/tum:sed tam in Persio/q̄ in Verranio significare locum olentem/& foe/tidum/quem sæpius meiēdo facimus dubio procul affirmo:quod Per/sius ipse/qum subiunxerit/extra meite/& non cacate / uel excrementa uentris mittite/indicauit/& Tacitus gymnasium eo anno dedicatum a Nerone/præbitumq; oletum equiti/ac senatui : significare tamen ster/cus humanum nusq̄ legitur.Oletum quoq; in altera significatione est lo cus olea consitus Cato de re rustica capite primo tertio salictum/quar/to oletum/& sæpe apud Varronem/Columellam/ Palladium/ & Pli/nium in hac significatione leges.Cæterum anteq̄ alio transeamus hoc satyri principium enodemus. Persius de rebus qum diu secum cogitas set humanis in hæc erupit uerba.O curas hominum/o quantum est in rebus inane:quibus uanas esse omnium hominum curas nisi Stoicorū asserentium uirtutem propter se ipsam expetendam exclamauit:quam tam asperam/rigidamq; qum amicus/qui adesse fingitur/a poeta audi/uisset exclamationem/rogat poetam/quis tam dura leget?qum Roma nis mollia/lasciuaq; duntaxat placeant carmina/ inquit quis leget hæc? quasi dicat nullus:cui cum quadam admiratione respondet poeta min tu isthuc ais/qui nihil de uulgi opinione/sed de sola tantum pendeo ra tione/nemo legat:quod amicus cōprobat dicens Hercule nemo / mox continuantem sermonem/ut aliquantulum poetæ gloriæ uideretur cu/pidus duo/uel tres dicere uolentem poeta cum quadam indignatione/ asseueratione/& amici reprehensione interpellat asserens nemo mea legat:cui poetæ consentiens amicus ait turpe/& miserabile si nemo le get:quo dicto commotus poeta cum admiratione / & interrogatione rogat amicum quare ut extrinsecus intelligatur ueteris/times & similia ne.i.ut nō Ilias Accii Labeorus ineptissimi poetæ/q de Pulidamāte/& Troiadibus multa meminit/eosq; sumpsit laudandos ut Vergilius Ae neam/ut Romanis originem a Troianis habētibus obsequeretur/meo præferatur opusculo. At ego Populi Romani iudicium non pluris fa/ cio/q̄ nugas:ubi Pulidamas/& Troiades pro opere de Pulidamante/ & Troiadibus a Labeone composito accipitur/qui Pulidamas/& Tro iades ita Labeonem extollere dicuntur ut Aeneas Vergilium/ Achiles

Persii locus
Oletum
Verranii locus
Persii locus

Statium. Nam de quibus aliquo in opere tractatur pro opere ipso po/
ni solent: quod Martialis apertissime demonstrat dicens Stellæ deliciũ
mei Columba Verona licet audiente dicã uicit maxime passerem Ca/
tulli. tanto Stella meus tuo Catullo/ q̃to passere maior est Colũba: ubi
poniẽ passer pro Catulli opere/ sicut Columba Stellæ poetæ pro opere
Troiadas fœminino protulit genere. i. molles/ & effœminatos/ nihilq;
exercentes uirile/ & non similes Troianorum uirtuté sectantium: cum
milites etiã/ qui patriam tutari deberent gymnasia audituri mollia car
mina frequentabãt/ & per scamna exultabant. Vnde Persius Romanos
molles/ & iudicio carentes damnat/ sugillatq;/ ꝙ sibi præferebant La/
beonem/ in quibus Pulidamas nominatẽ perinde ac laudator aliquis fa/
ctorum/ & adhortator præcipuus/ & Troiades trahentes ciues ad molli
ciem / & mollia sicut Troianæ trahebant Hectoris uestimenta. Pu
lidamas enim assidue hortabatur Troianos ad manum conferendam/
& Hectorem accusabat/ increpabatq;/ atq; ut descenderet in pugnam/ Hortabatur
quam ob rem si Achilis metu Hector intra muros se reciperet uereba/
tur/ ne a Pulidamante/ & Troianis redargueretur/ tradebatq; se uereri
quoq; Troianas trahentes uestimenta sua Homerus/ Aristo. in Ethicis
de fortitudine/ Ci. ad Att. uereor non Pompeium modo/ sed Troia/
nas/ & ne primus Pulidamas me reprehendat & subiungit quis tu ipse
laudator & factorum/ & scriptorum meorum: hic est uerus Satyri sen/
sus/ alii uero penitus reiiciendi: Verum de his hactenus/ alio tendamus.

Cap. xx.

Liuius historicus luculentissimus in primo ab urbe condita eodem
inquit tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt/ Ram/
nenses a Romulo/ a Tito Tacito Titienses appellati: Lucerum
nominis/ & originis causa incerta est est: hæc Liuius. Non ꝙ (ut mea est
sententia) Lucerum originem ignoraret/ sed perinde ac Gallus Cisal/
pinus/ & Etruscæ/ Italæq; gloriæ inuidens conscripsit: quod Antonius Liuius Italiæq;
Cæsar in suo itinerario his uerbis arguit Vulturna/ cuius claris gestis in inuidus
uidit Liuius/ & Caius Caligula Tranquillo in Caligulæ uita scribente
paulum abfuit/ quin statuas/ & scripta Liuii/ sed ut inuidus omisit. Ve/
rum ut Lucerũ causam dilucidius reddam/ altius aliquid repetere opor
tet/ ut ad huius nominis originem perueniamus. Lucani ut Festus ait/ Lucani
appellati dicuntur: ꝙ eorum regio sita est ad partem stellæ luciferæ/ uel
ꝙ loca ætherea sint. i. multæ lucis licet apud Festum/ sed nimis mendo/ Festi locus
se hærbosa/ siue cretosa legatur/ uel a Lucio duce/ uel ꝙ primitus in lu/
co consederunt. Multas unde Lucani nuncupantur ethymologias Festus
recitauit: sed ut arbiter quam potissimum sequi debeamus/ non cẽsuit:
nec ullus antiquorum grammaticus/ nisi memoria exciderit/ hoc ipsum
fecit. Nos uero ab ultimis Festi Lucanos appellari potius affirmamus

& ut hoc clarius innotescat/prius quid sit Lucus/ & unde dicatur/mox Lucanorum/ac Lucerum quædam non illepida referemus. Lucus est locus diis sacer/separatus/& semotus ut Suidas scribit/& græce Temenos appellatur:& non est cæduus/quin potius manu consitus/ religiosusq;/ac alicui deo/uel alicuius hominis cineribus consacratus.& ideo circa delubra deum/aut sepulcra positus est Valerius Maximus de neglecta religione qui consecratũ templo suo lucum a Turilio præfecto Antonii/Silius Italicus punicorum tertio lucos/nemorosaq; regna cornigeri Iouis/& fulgentia templa columnis/Statius tunc uiridis late lucus iuga celsa Mineruæ/Verg.in sexto iam subeunt Triuiæ Lucos/atq; aurea tecta/Idem in quinto tumuloq; sacerdos/& lucus late sacer additur Anchiseo:licet Apuleius in quarto lucos consitos dicat neq; numen aliquod/neq; sepulcrum respiciens:& dicitur non a lucẽdo/q̃ minime lucet/per antiphrasin(nullum enim ut asseruimus alibi/est uocabulum dictum per antiphrasin) ut multi referunt: quamuis illorum opinionem Quintilianus hic scribens tutari uideatur a cõtrariis aliqua trahi ut lucus/quia umbra opacus parum luceat:nec etiam dicitur ut quidam tradunt asserentes/q̃ quamuis non dicatur per antiphrasin/dicitur tamen a lucendo:q̃ uere lucet:quia in nemorum opacitate / in arborũ frondentium umbra sacrificiorum ignes splendescãt/luceant holocaustorũ flammæ/ubi accensi semper flagrant altaribus ignes: licet hæc posterior sit priori melior/& præstantior:eruditis tamen satis non facit: dicitur ergo a luca uocabulo Aramæo/quo utebãtur Etrusci/quod ut Samuel & reliqui Talmudistæ referunt/significat senem/& seniorem/hinc Lucumones Aramæa/atq; Etrusca origine nomẽ est(ut subnectam) senatoriæ dignitatis. Vnde apud Aramæos/& Etruscos Lucii ultima syllaba accentum habente/qui græce Palei/apud Romanos Senatores / apud Hebræos Sanahedrin/& non Zanedrin ut mendosi habent codices: quod a Talmudistis interpretatur collegium sceptri/publici regiminis/& publicæ potestatis totius regni:quæ erat penes septuaginta seniores ex principibus/quibus unus præerat / & hi dicuntur senes/ siue ueteres. Lucus præterea propria definitione est Senatorum curia templũ/quod Vergilius antiquitatis curiosissimus/& linguæ Etruscæ indagator de luco Latini regis in septimo demonstrat dicens templum Augustum/ingens centum sublime columnis horrendum syluis/& relligione parentum:hinc sceptra accipere/&primos attollere fasces regibus omen erat hoc illis curia templum:quo in loco Seruius non indoctus/ & oppidoq̃ ingeniosus hæc refert. Non nisi in augurato loco poterat Senatus habere curiam/siue concilium. Vnde templum Vestæ non erat consecratum ne illuc Senatus accederet:ubi erãt uirgines: idcirco Lucus ponitur pro homine consulto Verg.in septimo Lucosq; sub alta consulit Albunea:

Lucus
Temenos
Quintiliani error
Lucumones
Lucii Palei Senatores Sanahedrin
Lucus senatorũ curia templum

Hoc/quom superius in arborum frondentium umbra retulerim/ nō prætereamus/ Priscos illos non secus arbores/& simplicia rura/q̄ numinum templa coluisse / ac deo præcellentem arborem prisco ritu dedicasse: nec auro/uel ebore fulgentia ueneratos fuisse magis simulacra/ q̄ lucos/ in quibus & silentia adorabant ipsa. Quoniam summatem deum silentio adorandum prisca censuit Theologia:& hoc eo progressum est:ut cum suis arbores dicatæ numinibus perpetuo seruarentur. Lucani ergo a luco ut Festus dicuntur tanq̄ a loco augurato. Plinius tamen in tertio sentit a Samnitum duce Lucio Lucanos deriuari/sic & Sempronius/& Cato inquit Lucani a Samnitibus duce Lucio / & Liuius in primo ab urbe condita a Lucio Samnitum duce Lucanos deriuatos. Sunt quoq; Lucii/& Lucenses prope Parisios ut Ptolomæus Etrusco/Schyticoq; sermone cognato/qui a Lucio rege dicuntur/qui ut Berosus in quinto apud Celtas regnare cœpit. Sed quoniam a Luca Lucumones deriuari prædiximus:hoc etiam aperiemus ut Luceres obscurioris originis apertius in lucem promantur. Verum candidissime Lector uera indagantis esse peritissimi censent/succincte quid alii senserint repetere/mox suā subnectere sententiam ut lector perinde/ac uerus trapezita in adulterinæ monetæ examine probam/ueramq; comprobet:falsam/ & incongruam repudiet:itidem in his nostris nos faciemus. Sed quid multis est opus?ad diuerticulum reuertamur. Plutarchus in Romuli uita/& Asconius Pedianus/nec non & Plinius Luceres dicto a Luco Asyli posteris scriptum reliquerunt:an & hi recte linguam/disciplinamq; Etruscā rimati fuerint?inferius patebit. Non etiam me fugit Festum tradere Luceres dictos a Lucero Ardeæ rege aduersum Titum ferente auxilium. Omissis tamen uerbis ad rem nihil facientibus ad Luceres mea properabit oratio. Luceres ut Romanorum doctissimus Marcus Varro in primo de lingua latina tradit a Lucumone dicuntur/affertq; Ennium dicentem Romam diuisam in tres partes a Romulo/unde Tribus Romanæ/& eas a tribus ducibus nominauit Tacienses a Tacio/ Ramneses a Romulo/Luceres a Lucumone ut ait Iunius:& hæc sunt nomina Etrusca ut Tolumni⁹ tragœdiarū scriptor. Quanto clarius & apertius hi Lucerū originē explicāt tanq; Etruscæ disciplinæ haud ignari & p̄dictis antiqores/doctrinaq; nō inferiores/q́sq; uel mediocriter doctus iudicaret. Nos tamen antiquioribus de antiquitate magis credendum esse/uel magno pignore certaremus: Varronem Fabius Pictor authordiligentissimus & Romanæ/ Etruscæq; rei curiosissimus cōsequit̄ sic scribens subinde Sabini ingens bellū orsi coegerūt Romulū denuo a Lucumonib⁹ socios milites expetere:Galerito Lucumoni Ardeæ negotiū datū est/magna in manu occupauit collem Quirinalem ac pro Romulo [illegible]

Arbores colebātur

Lucani

Plutarchi/ Asconii & Plinii error

Festi error

Luceres Tribus Romanæ

Tacienses Ramnenses

mulum deuicit & in fœdera coegit,: Idem subiungit Lucumo lingua Etrusca a se suos Thuscos uocauit Luceres. A Galerito Lucumone(is enim Romulo fauit)Luceres dictos in secundo Dyonisius Halicarnasseus ait/& Seruius in septimo tres inquit partes ab initio fuisse Populi Romani constat unam Taciensem a Tacio rege Sabinorum dictam/alteram Ramnensem a Romulo/tertiam Lucerem a Lucumone ut ait Varro/qui refert Romulum dimicantem contra Tacium a Lucumonibus.i. Etruscis auxilia postulasse/& Propertius in quarto in fabula Vertumni ait tempore/quo sociis uenit Lucumonius armis/atq; Sabina feri contudit arma Taci:uidi ego labentes acies / & tela caduca/atq; hostes turpi terga dedisse fugæ/licet in Propertianis codicibus Lycomedius/sed nimis mendose legatur/ut in subsequentibus ex prima elegia quarti primus Galeritus posuit prætoria Lucino:magnaq; pars Tacio rerum erat inter eos hinc Taciens/Ramnesq; uiri/ueteresq; coloni/quatuor hinc albos Romulus egit equos/quamuis Lygmon in omnibus legatur codicibus sed nimis inepte. Quis igitur amplius in Lucerum origine ambiget?qum luce clarius fulgeat.Hi namq; authores Plinio/Plutarcho/& Asconio antiquiores non ab Asyli luco/sed a Lucumone deriuatos Luceres dubio procul affirmant.Festi uero sententiã Fabii Pictoris uerba superius a nobis recitata penitus refellũt.Boni/fidiq; grammatici existimamus esse:nihil/quod ad rem ipsam ptinet/prætermittere.Qua de re quid Lucumo significat/& unde dicitur/ne adulescentuli crebro præceptoris haures obtundentes anxie uagarentur/ enodare destinauimus.Lucumo non insanum ut Festus/& nonnulli asserunt/significat:qum ad Lucumones perinde / ac sapientes ut Maximus Valerius in primo de religione/& Liuius indicant in Etruscam disciplinam accipiendam miserunt Romani. Erant Lucumones duodecim/qui lingua Etrusca dicebantur reges ut in secundo/& octauo Seruius ait:& dictandi/imperandiq; potestatem habebãt:his in annuo magistratu duodecim regibus quos Lucumones uocabãt/unus/siue tertius decimus perpetuus rex/& dictator præerat in fano Vulturnæ/ubi dictaturæ/& suffragiorum ius erat/ad quod teste Liuio duodecim populis concilia indicabantur/præsidentem dictatorem/siue in principatu maximũ/siue summum regum ut Cato lingua Scytica Arthem/Etrusca Larthem uocabant:non solum quia cæteris præerat/sed etiam anniuersariis cæteris duodecim reuocatis ipse per totam uitam perseuerabat:qui duodecim populi ut Cato in nonis lunaribus ad salutandum Larthem.i.regem ueniebant/& ut Macrob. Tusci nono quoq; die regem suum salutabant/& de propriis negociis consulebant:& dicitur a Luca idest sene/& uetere/& Moni idest ratione:qui Lucumo apud Aremæos/& Etruscos supputatorem/& qui consiliorum reipublicæ suffragiis præest/idest dictatorem

Propertii locus

Propertii locus

Lucumo

Festi error

Arthes

Larthes

Moni

dilatorem/ut Talmudistæ referunt/significat:unde diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum logos a Græcis/ab Aramæis Moni profertur. Lucumo igitur significat ueterem dictatorem/ & regem/qui etiam im/perio/& suffragiis imperialibus præsidet/& Lucumonium/quod Græci Paleogulum idest ueterem dictaturam/& suffragium significat/hinc Paleogulus dictator/& publicorum suffragiorum rex/ dictus a Paleos .i.sene/ & uetere/& Logos ratione. Quãtum sit arduum Candidissime Lector solum Tyronem/qum in conflictum prodiuerit/cum multis & maxime palmam semper reportantibus concurrere ueteranis non me latet:dare terga/& uitæ non subire discrimen ignaui / & non magni semper fuit animi. Proinde semp audendũ est cũ classicis si gloriã cõse qui & ad altiora euadere præoptamus : hoc dictito : ꝙ mihi cũ citatis superius authoribus/& etiã cum recentioribus ratione/regula/& autho ribus grauissimis est uelitandum:iaceamus ergo aleam in campum pro gressi. Ramnenses a Romulo(qum grammatices regula non patitur) formari pernego/sed Romnenses quasi Romanenses per syncopem af firmo/ & dicuntur non a Romulo/sed a Romanesso:fuit hic ut Bero sus in.5. Romanessus filius Romæ/&primus subregulus montanorum Aboriginũ:cui regi cõpositũ est nomẽ a matre Roma/& Nesso uoca/bulis Aramæis. Est autem Roma sublimitas/&Nesson forte/ualidũq; augurium ut Hieronymus/& Talmudistæ:cui Romanesso futuram su blimitatem Romani imperii Tuscus pater a disciplina augurandi thu/sca præcinerit:in huius Romanessi dei ineffabilis tutela fuit urbs Ro/ma. Verrius Flaccus ut Pli.li.28.cap.2.authores ponit/quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus euoca/ri deum / in cuius tutela id oppidum erat/ promittiq; illi eundem/aut ampliorem locum/cultum ue apud Romanos. Durat in pontificum di sciplina id sacrum:in carmine/quo res aliqua euocabatur/proprium rei nomen exprimi opus erat:aliter preces credebantur inanes:carmẽ euo cationis quale fuerit/docet Li.in.8.ab urbe condita:cõstatq; ideo occul tatum in cuius dei tutela Roma esset:nequi hostium simili modo age/rent. Idem Plinius inquit Roma ipsa super hæc eius/cuius nomen al/terum arcanis cerimoniarum nefas habetur/quod optima & salubri fide abolitum. Quia Velerius Soranus annunciauit/mox luit pœnas:& Sem pronius de Roma refert auream Romam terrarum caput parum con/siderate scribunt postremis seculis a Romulo conditam/&appellatam/ atq; cœptam : qum nullum ex his tribus apud maiores inueniatur me/moratum/sed stat ab his cõtraria prodita. Non enim Roma a Romu lo nomen habet:alioqui Romæ nomen/& nominis origo uulgata es/set/atq; manifesta/quæ occulta esse saluberrima religio sansit:ne si no/minis origo Romæ claresceret/eius deus/in cuius tutela Roma est/&

Lucumonium
Paleogulum
Ramnenses
Romanessus
Roma
Nesson

a quo deriuationem habet/gentibus pateret / & euocaretur/ut cæteri. Quam ob rem & Angerona silentii dea ante Iani festos dies colitur

Angerona silentii dea

præ foribus;ut necui liceat illud palam efferre:quod ad salutem reipublicæ ueteres pre foribus ore obsignato intra pectoris arcana uoluerunt contineri:cuius uiolatæ religionis pœnas primus luit Soranus. Non igitur a Romulo Roma/sed Romulus ab ipsa potius Roma. Ante nãq;

Romulus

Romã coleret Romulus ipse a rumi.i.mamma uocabat̃. Quæ Roma ante ipsum Romulum cepta legitur coli annis paulo minus octingentis ab Italo in Auentino/& filia eius Roma. Quam Romã sacro aratro cingi iussit undecimo Kalendas Maias hora inter secundam & tertiam/Sole in Tauro/Luna in Libra/Saturno/Venere/ Marte / Mercurio in Scorpione/& Ioue in Piscibus ut tradit Lucius Carrutius. Condita est Roma Olympiade septima/aut eius anno secundo. Solinus in principio traditur etiam proprium Romæ nomen/ueruntamen uetitũ publicari:siquidem quo minus inclaresceret/cerimoniarum arcana sanserunt:& hoc pacto notitiam eius aboleret fides publicæ taciturnitatis. Valerium deniq; Soranum q contra interdictum eloqui id ausus foret/ ob meritum profanæ uocis neci datum. Et quoniam Romani ad duodecim populos.i. Lucumones Etruriæ Romani miserunt perinde ac sapientes ut Valerius in primo his uerbis ut florentissima tum/& opu-

Valerii locus

lentissima ciuitate decem principum filii senatus cõsulto singulis Etruriæ populis percipiẽdæ sacrorũ disciplinę gratia tradent̃/numero ergo erunt centum/& uiginti. Singulis enim populis qum sint duodecim populi/dabantur decem filii principum.i. centũ & uiginti. Vt uero Cicero de diuinatiõe decreuit ut de principum filiis sex electi singulis Etruriæ populis in disciplinã traderentur:& sic erunt septuaginta duo:qum sex singulis populis dabantur:cui ergo est maior fides adhibenda Vale-

Vrbs Etruriæ duodecim

rio/an Ciceroni?ambigitur / qum uterq; sit author grauissimus. Hoc quoq; scitu dignum(nequid huic desit capiti)urbium/ quibus præsidebant Lucumones/nomina non prætereamus/quæ hæc sunt Adria/Mãtua/Felsina/Clusium/Perusia/Aretium/Populonia/Vetulonia/Tarqui-

Trib⁹ Romanæ

nii Fanum/Volturna/Vei/Tuscanenses. Et quoniam urbis Romæ triginta quinq; tribus fuerunt illarum nomina/ut curiosi iuuenes uno in loco habeant omnia/hic ponere non piguit/nec incongruum fore iudicaui. Nomina hæc sunt Taciensis/siue Ticiensis/Ramnensis/Luceres/Romulea a Romulo instituta ex his/quos in ciuitatẽ asciuit ex agro / quẽ ex Veientibus cœperat. Palatina/Exquilina/Suburana seu potius Succurrana a statuio præsidio/quod solitũ sit succurrere exquiliis eam urbis partem Gabinis infestantibus/Collina ex parte cœptę urbis:in quas quatuor tribus manumissos si reipublicæ Romanæ participes esse uellent/ut una cũ ciuibus censerẽtur/distribuit. Claudia ab Appio Claudio

dicta:Ophentina ab Ophente flumine:Lemonia a pago Lemonio/qui est extra Portam Capenam in uia Latina. Pupina ab agro Pupino: Papiria a Papyrio:Popilla siue Pollia a genitrice. Metia a quoda ca/stro:Veientina a Veientibus:Aniensis ab Aniene fluuio: Arniensis ab Arno Florentiæ fluuio:Stellatina a Stellatinis Thusciæ populis a Stel/la amne his uicino dictis:Narniensis a loco:Crustumina a Thuscorum urbe Crustumena:Scaptia ab urbe Scaptia/quæ fuit in agro Campano: Pontina a Pontina urbe:Sabatina a lacu Sabate:Terentina a loco:Vol tinea a loco:Sergia/Cornelia/Aemilia ex claris Corneliorum/& Aemi liorum familiis:Trometina/& non Tormentina / siue Tormetina ut mendosi habent codices.Dicitur a loco/qui ut Festus Campus Trome tes appellatur dictus a Troma.i.formidine/uel horrore/& toreo.i.tran figo/hinc Trometores Etrusce/siue Trometini uocabantur qui uiribus/ & arte armorum Herculeo more luctando gladio ex improuiso transi/gunt. Velia a Velia edito urbis loco/seu potius a Velino lacu/cuius inco læ in ciuitatem asciti fuerunt;Fabiana/Quirina a Curensibus:Mentina a loco. Et quia triginta quinq; tribubus constabat urbs Roma ; triginta quoq; quinq; libros maiores instituerunt:in quibus hominum nomina referebantur:qui adeo erant ingentes:ꝙ a beluæ magnitudine Elephã tini appellabantur:hiq; apud Censores erant. Quia uel morte/uel adie ctione uariabatur supputatio:ideo fuit mos/ut nomine non mutato sin gulis lustris inuocarentur. Hic quoq; illud unum subnectam:ꝙ Romu/lus Quirinus etiã fuit nũcupat⁹ ab hasta/qua assidue utebatur/Quirim uocant/ac Curetæ Iunonis signum in pilo sublatum:Lancea quoq; do nari consueuisse illos/qui in bellis perq̃ acriter/strenueq; pugnantes for titudinis laudem meruissent. Proinde effectum esse:ut Romulus ue/lut Martius quidam deus/bellicosus/ac pugnax Quirinus diceretur Plu/tarchus. Non est supprimendum Aegyptios Corin hastam/& sceptrũ uocasse/hinc Coritus.i.hastatus. Curis a Sabinis/Quiris a Romanis pro ferebatur:hinc Quirites hastatos Ioues/atq; coronatos reipublicæ gu/bernatores antiqui uocabant Romani. Ante namq; Romulum reges hasta/& sceptro pro corona utebãtur ut Trogus/& Iustinus in.43.siue ꝙ Cures Sabinorum urbem uicerit siue quia Græci regem Cyrion ap/pellant/& non Cæraneon ut quidam falso præcipiunt:quod Ouid. in Fastis indicat siue ꝙ hasta Quiris priscis est dicta latinis bellicus a telo uenit ad astra deus/siue suo regi nomen posuere Quirites:seu quia Ro manus uicerat ille Cures. Et quoniam de Quirino meminimus hoc Iuuenalis in satyra secunda non prætereamus officium cras primo So le mihi peragendum in Valle Quirini:ubi commentatores exponunt in Valle Quirini uel in templo/uel in porticu Quirini. Ipse quum Val/lem significare templum/aut porticum legerim nusq̃/non assentiebar:

Trometina
Trometes cam/pus
Trometores
Trometini
Elephãtini libri
Romulus Qui/rinus
Quiris
Cureta Iuno
Coris
Coritus Curis
Quirites
Iuuenalis locus

tandem Cassiodori nactus epistolam de Campo Martio loquétis hæc legi uerba mirandam Romanis fabricam in Vallem Martiam; Vallem/ qa pars ea depressior erat/appellarũt Martiã ; dicas ergo cras est mihi necesse peragere officiũ in Valle Quirini.i.Martia.i. in Cãpo Martio Quirino dicato; hinc subnectimus hoc Vergilii carmen in primo cana fides & Vesta Remo cũ fratre Quirinus iura dabũt:qd ingeniosi sense rint interpretes/cuiq; licet intueri:nos hoc sentimus poetã reuocandam esse auream ætatem/ubi nullæ fuerunt insidiæ/doli/furta/ atq; adulte/ ria/sed ius/& fas ubiq;/ut in Iani fuit seculo/ demonstrasse : quod per hæc indicat uerba Fides.i.iustitia ; quoniam fides ut Cicero de officiis est firmamentum iustitiæ & Quint.in declamationibus est supremum rerum humanarum uinculũ/sacra inter hostes/sacra inter piratas/cuius Numa Pompilius ut Liuius sacrarium & sacerdotes instituit:hinc En nius o fides alma apta pinnis/& iusiurandũ Iouis/& Silius iustitiæ con sors/tacitumq; in pectore numẽ:cuius simulacrum in Capitolio uicinũ Iouis optimi maximi ut est in Catonis oratione maiores nostri esse noluerunt:huius mysteria ut reliquorum deorũ sunt in operto/nec uul gari fas est:hinc Apul.in tertio fidei secrata numina:cana.i. firma & sin cera/puraq;/qualis solet esse in canis.i.in bonis hominibus. Fides enim quo firmior sit ut Petronius Arbitrer panno albo reuincta/ligataq; fin/ gitur:albus color pro puro/sinceroq; ponitur: depositis bellis iusticia/& leges/quæ belli tpe dormiunt/pacis uigent/& exercentur ; Vesta.i.reli/ gio ut superius de Vesta locuti prodidimus cuius religionis nimium(ut patuit)curiosi fuerunt Romani ut Val.in primo/& Li.indicant/& Qui rinus.i.uirtus bellica ad propulsandam/& non inferendam iniuriam ut fecere Romani per Quirinum significata. Nam Proculo ut Plutarch⁹ Romulus Romanis nunciauit uti prudentiam/&fortitudinem colant: his artibus fore ut amplissimam inter homines potentiam consequan tur. Ego uobis Quirinus facilis/propitiusq; ero deus cum Remo fratre .i.tali pace/& cõcordia/qualis debet esse inter fratres;quod postea Ro mulus effinxit/& in omnibus egit:ut cum fratre regnare uideretur/ne se reum parricidii indicaret/omnia nomina habuit duplicia/ quasi cum fratre cõmunia/& secũ regnare simulauit insignibus geminis/hinc Ver gi.in sexto uiden ut geminę stent uertice cristæ:ut sit sensus iustitia ut recte uiuat/religio ut sancte &caste/pax/atq; cõcordia inter oẽs/&uir/ tus bellica cõtra iniuria prouocantes iura dabunt. Hæc non ut Sybillæ folium scriptitauimus/sed ut argutiora legentem oblectarent.

Vergilii locus

Fides.

Cap.xxi.

GRammatici omnes tam antiquiores/q̃ recentiores / quos mihi hucusq; lectitare contigit / uno consono tradunt ore inimici/ tiam nunquam in unitatis numero legi nisi apud Ennium sic

Inimicitia

dicentem ego eo ingenio natus sum amicitiam/atq; inimicitiā in fronte promptam gero. Nos uero non modo apud Enniū/sed apud alios quoq; legi contendimus Cicero Tusculanarum quarto ait odium/inimicitia/discordia/ Idem in eodē ira inueterata/inimicitia/&in oratiōe pro Diotero patuam inimicitiæ culpam/ & in secundo inuectiuarum in Catilinam inimicitiam hominum/& Martianus Capella in quarto namq; inscientiæ sciētia contraria/inimicitiæ amicitia/& q̄ sæpissime. Hæ impræsentiarum occurrentes authoritates a probatissimis uiris/& ex Cicerone maxime sumptæ satis plenam faciunt fidem in singulari numero legi inimicitiā/sed frequentissime utimur in plurali. Hic quoq; admonendum duximus quosdam superioribus diebus pertinaciter negare Consequentiam esse uocabulum latinum/ & apud nullum latinorum reperiri:q̄ sit difficilis puincia/ & audacia maior id dictitare quod nusq̄ legitur/nullus quidam est nescius/sed his omissis dicimus inueniri Gellius libro sexto cap.secundo propter consequentiæ nodos ait/&Cicero in quarto rhetoricorum per consequētiam significatio fit. Quint.in 9.quæ est in consequentia rerum fœdissima/& q̄ sæpissime. Consequentia

Cap.xxii.

MAro/quem merito diuinum poetā Macrobius nuncupat:multa adeo ingeniose conscripta posteris reliquit: q doctissimum quemq; licet iugi exercitatū lectione defatigant. Et quamuis in eo ipso dilucidando/enodandoq; grauem tulerint laborem interpretes:multa tamen diligentiori cura/ remotiori q; doctrina digna intacta/ tanquam intellectu facilia omiserunt. Sed ne loquendo tempus frustremur ad Maronis carmen perueniamus fessis messoribus æstu Alia/Serpillumq; hærbas contundit olentes. Quid in hoc carmine secundæ eclogæ interpretes uiri senserint disertissimi:cuiq;/qum circumferantur/uidere licet. Nos uero hoc ideo a Vergilio rerum omnium scio dictum putamus in æstu messores Alia/Serpillumq;/quo serpentes/qum illorū morsus dormientes impense timeant/odore repellant/ subcœnitare solere:quod Macer his carminibus/qum de Serpillo loquitur/indicat. Nidor combusti serpentes effugat omnes / & quoduis animal infundens ore uenenum:hoc ideo miscere cibis messoribus est mos/ut si forte sopor fessos depresserit illos:uermibus a nocuis tuti requiescere possint: pestiferos morsus bibitū iuuat. Quid ergo clarius/&quorsum ipse poeta dixerit? Alter enim ab altero mutuari uidetur:cur subcœnare / merendareq;/uel prandere messores Alia/Serpillūq; solēt. De Alio quoq; sic Idem Macer sentit in quarto posuere gradu/mansum/uel inunctum curat quos serpens/uel Scorpius intulit ictus:& nocui uermes triti pelluntur odore:sanat & appositum morsus cum melle caninos: & bibitū uermes uētris/tineasq; repellit:ex oleo cum teste sua si decoquis illud/ Vergilii locus

morsus pestiferos reddes cum unguine sanos. Possem quod Serapio de simplicibus capite ducentesimo nonagesimo nono / & Plinius ui/gesimo secundo/& quod alii de Serpillo conscripserint/ hic contexere sed silentio/qum nihil ad Maronis carmen pertineat/transibo. Hoc ta/men de Alio non supprimam/quod Alicenna cum uino dandum præcipit aduersus serpentum morsus/& ut Galenus ait Alium est Theriaca rusticorum: quod Oratius execratur in Epodo. Huic capiti hoc sub/nectimus carmen candidior postq̃ tondenti barba cadebat: cuius erit ordo/& sensus postq̃ barba candidior non libertas candidior(ut aiunt).i. candida ut sit comparatiuum pro positiuo/uel aliquanto candidior ca/debat: utitur imperfecto/ut rem significaret imperfectam / quæ adhuc erat: & hoc/ut suæ tempus denotaret ætatis/quo Romam uenit. Erat enim annos natus uiginti tres: quo tempore pili grossiores erumpunt/ & lanugo illa candidior cadebat. Possemus etiam ad personatos referre recitantes qui senum gerebãt personas barbatas ut inferius fortunate senex: sed priorem magis commendo sententiam.

Vergilii locus

Cap.xxiii.

TAnta est non grammaticorum/sed authorum etiam uarietas/& pene diuersitas: q̃ nos eligendo/quem potissimum sequamur/ ambigere maxime subigunt: qua de re qui hanc interpretandi prouinciam suscipiunt: multa/qum omnia nõ possint/assidua lectione/ acutiori examine/& ptinaci memoria uidere/discutere/ac meminisse debent. Hoc equidem assero: q̃ est alterum carmen in eadem Maronis ecloga Amphio Dircæus in Actæo Aracyntho. In quo quidem carmi/ne dum uarias authorum de monte opiniones exquirerent. interpretes ualde laborarunt: q̃ etiam legentium oculos caligantes reddunt. Nos uero ipsorum sententia omissa/ibi namq̃/nisi desidia/secordiaq̃ lãguescas/tuo legere poteris arbitratu/affirmamus Maronem Aracynthum montem Atheniensem dubio procul intellexisse. Vibius enim Seque/ster his ait uerbis Aracynthus mons est in Attica / quidam in Arcadia uolunt. Quibus Vibii uerbis satis liquido patet Aracynthum esse Atheniẽsem montem. Attica namq̃ olim ut Plinius in quarto capite septimo Gellius/& Lycophron poeta græcus testantur/ Acte nuncupabatur uel ut Strabo in nono ab Acteone/uel ab Actæo rege indigena/qui primus ut Pausanias in primo Athenis regnasse fertur: uel quia litoralis ut scribit Strabo fere tota sit. Acte namq̃ litus dicitur/inde Actæus Atheniensis: in Actęo ergo Aracyntho.i. Atheniensi. Luctatius in quarto Thebaidos scribit: q̃ actæa dicitur regio actica/Vnde Vergilius montem acticum Aracynthum actæum dixit. Est & Aracynthus mons darus in Acarnaia Epiri parte ut Pli. in quarto/& Martianus Capella: est & Thebanus ut Seruius/quem cõprobat Propertius in tertio Pæana

Vergilii locus

Aracynthus

Acte

Actæus

Amphion rupe Aracynthe tua. Quoniam Amphion cum Zetho fra/tre Thebis Dircen lacerari curauit:& hoc ex ipso Propertio maxime liquet:non ergo foret absurdum/esse intelligendum Maronem Aracynthum appellasse Actæum nuncupatum ut Probus ab Actæone ibi a suis lacerato carnibus. Poteris igitur studiose Lector si diluas haures aceto hanc nostram/uel interpretum sententiam comprobare / & utram malis eligere. Hoc quoq; Maronis carmen in Georgicorum primo/teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis sic nos omissa interpretum sententia intelligendum omnino putamus Tethys emat te sibi generũ i. accipiat. Emere namq; ut Festus inquit quod nunc est/antiqui accipiébant pro sumere. Quæ quidem significatio huic Maronis loco admodũ competere uidetur:& mihi nimium placet.

Vergilii locus

Emere

Cap. xxiiii.

CArmen in primo Aeneidos commentariis est adeo suffocatum q; intentissimo frigore æstu uel maximo flagret:in quo Seruiũ grammaticorum principem interpretantem genus unde Lati/num/unde. i. a quo latio:& q; uicti uictorum nomen accipiebant/ Lan/dinus primum/deinde Philippus Beroaldus in Seruianis notis uiri quidem nostra tempestate disertissimi/& qui omni conatu latinitatem iuuare studuerunt/sugillant. Nos uero in hoc Seruii partes sumentes/sic eorum dictis respondemus. Non ignorabam (sæpissime namq; & lectitaui/& commentariis testatus sum) omnes a uobis in me citatos authores Aborigines/& Laurentes ante aduentum Aeneæ appellare. Ipse tamen remotiora quædam/& non omnibus nota sine teste (sperabam enim meis fidem dictis etiam ab inuidis adhibitum iri) conscri/psi. impræsentiarum uero coactus authores/quibus meam fulcire / atq; tutare sententiam ualeam/promam:& contendo Latinos Vergilio ante aduẽtum Aeneæ nominatos:quod ipse in septimo demõstrat aper/te Nunc Tybrim fluuium/hic fortes habitare Latinos/Idem ne fugi/te hospitium/neue ignorate Latinos/Idẽ non dabitur regnis esto prohibere Latinos/Idem solo Laurenti/aruisq; Latinis/Idem interea præmissi equites ex urbe Latina/Idem heu terra ignota canibus data præda Latinis/& sæpissime Maro ante aduentum Aeneæ de Latinis me/minit:quem Vergilium Eutropius in liminari pagina primi libri his uerbis consequitur Regnante tamen Latino/qui latinam linguam correxit/& latinos de suo nomine appellauit / Troia a Græcis capta est/ Eusebius Latinis/qui postea Romani nuncupati sunt/post tertium annum captiuitatis Troiæ regnauit Aeneas annis tribus. Ante Aeneam Ianus/Saturnus/Picus/Faunus/Latinus/Solinus Aeneã æstate ab Ilio capto secunda Italicis litoribus appulsum ut Hemina tradit sociis non amplius sexcentis/in agro Laurenti posuisse castra/a quo Hemina Da

Vergilii locus

Latini

Aeneas nauibus & milibus hominum quot

res Phrygius dissentit sic inquiens Aeneas nauibus profectus est/in quibus Alexander in Græciā ierat ducentis: quē omnis ætas secuta est hominū in milibus tribus/quē Daretē seqtur Ioannes Iudex de Colūna in historia Troiana. His ergo cōstat Latinos ante aduentum Aeneæ nominari. Sed uerum est præstantiorem sententiam esse unde.i.a quo Aenea/q̄ a quo Latio. Repugnare tū nō debebatis asserentes Latinos ante aduentū Aeneæ nō appellari. Est & altera sentētia unde.i. a quo Aenea genus latinū fuit auctū. His tū omissis/& poetæ magis acumine perpenso hanc esse ueram uel magno contēderem pignore sententiā unde.i.a quo Aenea genus.i.nobilitas Romanorū/q latini dicūt/uenit/

Genus

Genus significare nobilitatem Oratius indicat & genus/& formam regina pecunia donat: Romanorū nobilitatē ab Aenea/ac ipsius ducibus uenisse non modo testatur ipse in quinto mox Italus Mnestleus genus a quo nomine Memmi/Sergestusq; domus tenet a quo Sergia nomen Scyllaq; Cloantus cærulea/genus unde tibi Romane Cluenti: sed alii quoq;. Q uicti uictorum nomen accipiebant Salustius in Iugurta sic dicens comprobat uicti omnes in gentem/nomenq; imperantium concessere: & diuus Hieronymus sup Genesin hic Lybius uictor uictis Lybiis nomen dedit/& Lybios a se uocauit/qui antea Plutei.i. Phaetontei dicerentur. Quare taceant negantes/& asserentes Latinos ante aduentum Aeneæ non fuisse/& uictos uictorum nomen non accipere. Nos enim authoribus a nobis primum productis Seruii sententiā non modo esse ueram/sed Sole quoq; lucidiorem/& omnibus liquere arbitramur.

Victi uictorū nomen accipiebāt

Vergilii locus

Hæc Maronis carmina ut intellectu facilia interpretibus relicta non prætereamus treis Notus abreptas in saxa latētia torquet/saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus aras dorsum immane mari summo. Quærit quæ sint ista saxa/& cur uocāt aras? hæc saxa/siue scopuli sunt Egates insulæ inter Siciliam/& Aphricam/ubi Carthaginenses duce Hamilcare primo bello punico a.Q. Luctatio consule deleti fuerunt/aras uocant in mediis fluctibus: quia illic fœdera icta fuerunt inter Romanos/& Carthaginenses/qui Hamilcari tunc in Erice monte Siciliæ cum pedestri exercitu commoranti arbitrium de pace conficienda permiserunt. Pacis conditio fuit ut Carthaginenses cederent e Sicilia/& Sardinia: Hamilcar animo repetēdi comparato denuo exercitu cessit: Cornelius Nepos sic ait naues Pœnorū Luctatio superatæ apud Egates insulas/quæ sunt inter Siciliam/& Aphricam/L: Florus Luctatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas/quibus nomen Egates/hinc Silius in primo flore uirens auet Egates abolere parentum dedecus/ac Siculo demergere fœdera ponto. Hoc etiam Vergilii carmen in primo tam professores/q̄ interpretes non modo negligēter/sed oscitantes quoq; transeunt Teucrorum/& genti nomen dedit/

armaq;

armaq; fixit Troia/ubi Troia.i. Troiana simpliciter exponunt. Nos tamen Troia.i. Troiana/in quibus depicta erat Troia.i. scrofa interpretamur Messalam sequentes: ait enim Messala ad Valentianum arma in templis fixit Antenor id Troia.i. scrofa fuit/& ipse Antenor Suem in aureo uexillo posuit: quæ uerba tam cum Vergilianis congruũt/ut alter alterum enodare uideatur: rimantibus etiam antiqua urbis arma.i. insignia Patauii antiquitus fuerunt scrofa.

Cap.xxv.

Vergilii locus
Alæ

NOn nulla passim apud poetas ex remotioribus leguntur: quæ nisi antiquitatis indagator/atq; inquisitor / pauci percipient. Est Maronis carmen Aeneidos quarto dum trepidãt Alæ/saltusq; indagine cingunt. In quo percipiendo quidam interpretũ ait Alæ turmæ sunt equitum/quæ ut Alæ auium/ita istæ legionum in acie pugnãtium latera tegunt/hæc ille. Quæ licet multa sint eruditione: non tamẽ quiescebam/sed magis/magisq; in dies ambigebam: nec quę meam explerent mentem/inueniebam: multosq; siquid præter hanc interpretum opinionem sentirent/consului: nullius tamen dicta meo sedebant animo: tandem necessariorum quidem meorum Ioãnes Iacobus Turris iuuenis moribus præditus/& literarum nõ ignarus(sciebat enim me antiquarum rerum præauidum)quædam fragmenta sine authoris nomine/& titulo una cum Xenophõte de uenatione maioribus literis exarato attulit ad me/donoq; dedit: quæ fragmenta(ut meus est mos)e uestigio oculis præterire/præcurrereq; cœpi: inter alia uel maxĩa cognitione digna hæc/quæ sequuntur ad Maronis carmen admodum congruentia legimus. Venatorum genera ut referunt esse quatuor/ Inuestigatorum/qui animalium uestigia inuestigant. Indicatorum/qui latibula nouerunt/Insidiatorum/qui insidias/& casses animalibus parant/ Alatorum uero/qui equo succussanti/sensimq; insultanti/clamoreq; animalia terrent/ne aliorsum/q̃ per medias tendiculas fugam arripiant. Quæ supra ma tam Maronis carmini competere uidẽtur: ut nostrũ ab illis eximium poetam sumpsisse diiudicem. Non prætereũdum est/de insidiatoribus/atq; alatis in septimo hoc carmine poetam quoq; intellexisse insidiis/cursuq; feras agitabat Iulus/& in Georgicorũ tertio montesq; per altos ingentem clamore premes ad retia ceruum. Operæpretium fuit/ut in hisce nostris insererem: quæ lucem desiderare uidebantur. Quocirca te uelim oratũ: ut hæc qualiacũq; sint/ne despicias donec pręstantiora/longeq; dilucidiora/atq; ad poetæ sensum magis accommodata offendes.

Venatorum genera
Inuestigatores
Indicatores
Insidiatores
Alati
Vergilii loci

Cap.xxvi.

ET quoniam in poetarum/atq; historicorum lectione mentio quã creberrima fit/de Cumis/Campoq; Phlegræo: idcirco quædam non negligenda Maronis locis subnectere destinaui. Cumanus

Phlegræus cāpus — ubi Cumæ cōditæ sunt/olim Phlegræus dicebatur Cāpus:quod Dio/dorus Siculus in sexto his uerbis demōstrat. Ita Itali circa Phlegræā/quæ postea Cymea dicta est/& Plinius in tertio Phlegræi cāpi nō lō/ge ab Acherusia & Cumis. Est ēt ut hoc quoq; addamus Phlegræus cā/pus in Veseua regione/& Histria ut Berosus in quinto de Phaetonte loquens sic scribit eo tpe Italia in tribus locis arsit multis diebus circa Histros/& Cymeos/& Veseuos/uocataq; sunt a Ianigenis illa loca Pa lensana.i.regio cōbusta/Idem in eodē Italos oppressos a Gigantibus euocasse a fontibus Histri Osirim Iouē iustū/qui tribus preliis in Hi/stria/& Cymea/& Veseua Phlegræa gigantes deuicit & Italiā libera uit. Præterea duos exercitus cōtra gigantes uenisse/alterū / cui præfuit Accipiter Hercules / qui teste Diodoro in qnto illos deuicit in Veseua Phlegræa Cāpaniæ/alterū uero uenisse ex Alpibus/ cui præfuit Osiris Accipiter/qui testib9 Beroso/& Diodoro gigantes/ubi sedes erat in eis in cāpo Cymeo:tertia Italiæ Phlegræa/a frōte/& a tergo iuuantibus Italis adortus deleuit. Quibus authorib9 oībus cōstare arbitramur quot/& ubi fuere Phlegræ/& ut nihil sit desiderādū/hoc quoq; subiūgimus: ꝙ Hebræi ut diuus Hierony. in interpetratiōe Hebræa ait Esai/& Esan ignē/& incendiū uocant/quod Græci Phlegran. Nec est mirandū:ꝙ a Diodoro/& Beroso Cymæus/& nō Cumæus dicitur cāpus. Græcā.n. sequūtur etymologiā. Nā Cyma græce/latine fluctus est: & Chalciden tes a fluctibus ꝑ quos enauigauerūt Cymas appellarūt. Mox ypsilon in V mutatū fuit/ut multis etiā noībus accidisse uidemus:siue Cumæ ut Strabo in qnti libri fine testatur a cognomine Hippoclis Cumani no/minātur/quas Solonis/ac Assonis Lacedemonii tpe cōdiderūt : siue ab augurio mulieris grauidæ/atq; dormiētis inuentæ/quæ græce Cumæis dicitur. Quæ uero de gigātibus legimus/& qui fuerūt in nostris prope/diem exituris cōmētariis copiosissime scripsimus. Cæterū huic subne/ctere capiti hoc ne amplius Sigismūdus Imparatus haut illiteratus/ & Simon Vollarus Musarū alumni probitatis studiosi/& antiqtatis scru/tatores cōsulendo uagētur/destinauimus. Hi nāq; qum Plinii septimū cap. quadragesimo primo euoluerēt/& hæc legerēt uerba Lāpido Lace demonia una fœminarū in oī æuo refertur/quæ regis filia / regis uxor/ regis mater fuit/asseruerūt/atq; impense orauerūt/ne grauarer/si apud aliquē fide dignū lectitauerim/enuclearem/atq; referē noia patris/ uiri/ & filii Lāpidonis. Hoc nāq; præoptabāt/eoq; magis:ꝙ multos cōsulue/rūt/oēs tn̄ opinatores/& ābiguos/& nullū id ipm explicātē offenderūt: actutū mihi tradi Platonē iussi:ubi hæc in Alcibiade scribētē legimus Lāpidionē fuisse tradit Leotychidæ filiā/Archidami uero uxorē/Agi/dis autē matrē/qui oēs reges extitere ; hisce lectitatis serena discessere fronte/& ipse quod intenderam/sum executus.

Palensana

Esai Esan

Cyma
Cumæ

Plinii locus

Lampido

Cap.xxvii.

TErentius poeta comicus in sermõis proprietate facile princeps/ etsi tãq̃ primũ lac pueris eũ apponere præceptores cõsueuerunt: pleraq; tñ in ipsa frõte faciliora/sed interius lõge intellectu difficiliora posteris reliqt: inter cætera in Andriæ prologo inqt Andriã/ & Perinthiã/qui utrãuis recte nouit/ambas nouerit/non ita dissimili sunt argumẽto/sed tñ dissimili oratiõe sunt factæ/ac stilo. Quo in loco quid enarratores senserint/oĩbus liquet. Nos uero hãc Aphri poetæ putamus esse sniam:q Andria/ & PerinthiaMenandri comœdiæ hẽbãt idẽ argumentũ/ & materiã:differebãt tñ sentẽtiis/& uerbis/ & hoc iõ Tria nãq; sunt dicendi genera Atticũ/Asiaticũ/& Rhodiũ. Atticum genus erat tersum/limatũ/graue/& ueredicũ: Asiaticũ uero turgidũ inflatũ/assentatoriũ/& inane. Rhodiũ aũt erat in cõfinio utriusq; positũ/ & collocatũ:de quibus generibus multa Cicero/& Quintilianus. Asiacæ præterea dictiõis duo sunt genera:unũ sententiosum/& argutũ sententiis nõ tã grauibus / q̃ uenustis:alterũ genus est nõ tam sentẽtiis frequentatũ/q̃ uerbis uolucre/et incitatũ. Hæc genera dicẽdi aptiora adulescẽtibus esse autumat Cicero/qum in sensibus grauitatẽ nõ habeant. Atticũ nãq; erat ieiunũ/aridũ/& exangue. Andria ergo Menãdri erat cõstituta/& posita in genere Attico terso/& graui: Perinthia uero in Asiatico turgido/& assentatorio;iõ in sentẽtiis/& uerbis discrebapant. Quare satis clarũ nostris uerbis esse Terẽtii locũ existimamus:siqs uero secus senserit/illum ut sua proferat/uehemẽter rogamus. Et qm̃ in Terentiũ incidimus/nequimus nõ admirari maxĩe. Quod nõnulli Comica/ut anilia deliramenta/qum senes/matres/patruos/patres/matronas/sodales/meretrices/lenones/milites/seruos/parasitos / mercatores/nutrices/ancillas/& amatores introducant/ derident perinde/ac nullius emolumenti. Sed illos quæso cunctos/ne deinceps talia dictitent: qum sit Comœdia imitatio uitæ/imago ueritatis/& speculũ consuetudinis: quod indicat senũ maturitatẽ/morositatẽ/atq; tenacitatẽ:iuuenũ leuitatem/incõstantiã/feruorẽ/amoresq; furtiuos:matronarũ integritatẽ/ meretricũ turpitudinẽ/procacitatẽ/& rapinas:lenonũ rapacitatẽ/ periuriũ/ & auiditatẽ:parasitorũ profundã uoracitatẽ/& seruiles adulationes:militũ gloriosas cristas/& resurgentes/atq; prelia:sodaliũ opportunas opitulatiões:matrũ indulgẽtiã/patruorũ inhibitiões/& obiurgatiões:patrũ rigiditatẽ/tenacitatẽ/& acrimoniã:nutricũ sedulitatẽ:mercatorũ uagos errores:seruorũ fraudes/dolosas deceptiões/& calliditatẽ:ãcillarũ simplicitatẽ:amatorũ cęcitatẽ/feruorẽ/& incõstãtiã:amicã illudẽtẽ:uxorẽ inhibẽtẽ:qbus euitatis uita cõstituit̃ hũana: qđ ẽt hisce cõfirmat Ci. uerbis pro Roscio Amerino hæc ficta arbitror a poetis esse: ut effictos nr̃os mores in alienis p̃sõis/exp̃ssãq; imaginẽ nr̃am uitæ cotidiãæ uideamus.

Terentii locus

Atticum genus
Asiaticũ genus
Rhodiũ genus

Comicorũ materia/& finis

Comœdia

Cap.xxviii.

Terentii locus

TErentii locus alter/licet in fronte/q̃ facillimus uideatur:in recessu tamẽ difficillimus existimatur. Inquit enim in Eunuchi prologo si quisq́ est/qui placere se studeat bonis/ q̃ plurimis/ & minime multos lædere:in his poeta hic nomen profitetur suum: quid in hoc ipso loco perspicacissimi scripserint cõmentatores/omnibus innotescit. Qua de re nostram(ut soleo)sententiam referam Calliopus inquit si quisq̃ est/q conetur potius bonis inseruire/ q̃ malis/& illos quoq; malos non offendere:inter tales homines hic noster poeta nomẽ profitetur/ suum. Hic est uerus poetæ(ut putamus)sensus a nobis primum ut multa alia excogitatus. Vbi notandum est:ꝙ illa dictio potius est extrinsecus intelligenda. Scito quoq; ornatum esse dicendi modũ/ & authoribus usitatum tu es unus ex paucis.i.es bonus. Pauciores enim sunt boni/q̃ mali.& hic est unus ex multis/uel ex plurimis.i.malus est Cicero de republica libro sexto in dispensione ciuili quin boni plus/q̃ multi ualent. In re notiore/ne pagina turgescat/soleo authoribus supersedere. Poteris etiam intelligere/dicereq; in his.i.rebus placendo potius / q̃ lædendo/hic poeta nomen profitetur suum:hactenus de Terentio alio pergamus.

Cap.xxviiii.

NOn possum/qum multiplices/uariasq; interpretũ legerim sententias in calce non languescere/ac etiam hebescere. & illorum maxime dico interpretum/qui ut se ostentent/ totas solent/ replere paginas:& quidquid scribunt uel parum/uel nihil interdũ ad authoris sensum/menteinq; pertinet. Superiori nanq; anno qum Iuuenalem quibusdam/ne nostrum torpesceret ingeniolum / cum necessariis præterirem/multa interpretum deliramenta/&propemodum portenta nactus/ea cuncta quod potui/eliminaui/& ueram Satyri scrutari/indagareq; mentem studui:ubi multa in reliquis annotationibus promenda conscripsimus. Inpræsentiarum autem primum poetæ carmẽ præter omnium interpretum/ut in nostra quoq; collocutione patuit/expositionem enodabo:& hanc esse puto ueram poetæ sententiam. Ego Iuuenalis ero semper auditor aliorum carminum/& nunq̃ hãc audiendi consuetudinem aliena reiiciã?ut scribam:ꝙ reponere significat reiicere ostendit Ouidius in fronte quarti libri Metamorphoseon telasq;/& calatos/infectaq; pensa reponunt/& Vergilius in Georgicis falcem arbusti reponunt:quamuis in hoc Vergilii loco pro spernere quoq; accipi possit:uel sensus erit a debitore sumptus/ero semp auditor / debitorq; audiendo alios/& nunq̃ reddam accepta/ intellectaq; scribendo : quod Plinius in primo epistolarum ad Sosium senectionem his apertissime demonstrat uerbis/possum iam repetere secessum/& scribere aliquid/

Iuuenalis locus
Reponere

quod non recitem:ne uidear/quorum recitationibus affui/non auditor fuisse/sed creditor. Nam ut in caeteris rebus/ita in audiendi officio perit gratia/si reposcatur. Sed quoniam in Iuuenalem incidimus/ nō erit ab re tres alios in eodem aptos deprehendere saltu:est quoq; carmē in xi. satyra uile coronati caput ostendebat Aselli/ubi non coronati aselli/ sed coronatae asellae legendum esse cōtendimus/& apud Columellam in xi. de ortulo nunc caput Arcadicae nudum cute fertur Asellae/ & nō Arcadici aselli. Nam quum ueteri superstitione huius animalis caluaria ex agris incōmoda arceri posse putarentur/uti ex Etrusca constabat disciplina/id foeminae/non maris caluaria fieri consueuit:quod aperte Palladius libro primo sic indicat oia semina orti/uel agri feruntur ab omnibus malis / ac monstris tuta seruari si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerentur:item equae caluaria/sed non uirginis intra ortum ponenda est/uel potius asinae. Creduntur enim sua praesentia foecundare/ quae spectant:ex quibus Palladii uerbis colligitur id foecunditatis gratia fieri consueuisse:quae in foeminis maxime consistit. Sed quia de Asinis meminimus:sciēdum est in Arcadia optimos/& maximos nasci ut Varro/ Plinius/& Plautus in Asinaria meministis Asinos Arcadicos. Columella asinis ait inest frigidissimus sanguis/& ob hoc parum sensus habere dicuntur. Plinius animalium/quibus fortior/ac sanguis crassior sapientiora/quibus tenuior timidiora/quibus nullus/ aut minimus hebetiora unde Iuuenalis ut aiunt interpretes/sed male nil salit Arcadico iuueni,i.asinino/& proxime ad asinos accedenti/quum pingui/ obtuso/ & ignauo sit exponendum. Arcades enim illi Proselini hoc est ante Lunam procreati cum Phrygibus stulti habiti sunt/& rudes/ Philostratus libro tertio rudes sunt Arcades/& suibus simillimi cum ob alia multa:tum q̄ arborum fructibus ut plurimum turgent / & Fulgentius sensus Arcadicos dixit pro pinguibus/rudibus/& subrusticis. Est caluaria ut nihil intactum relinquatur/os capitis superius/ & carne nudum tam de brutis/q̄ de hominibus/quae caluaria ut docet Celsus in viii. interiore parte concaua est/extrinsecus gibba/utrinq; leuis simplex ab occipitio/& temporibus:duplex usq; in uerticem a fronte est. Arthemon ex caluaria interfecti hominis / igneq; cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis:ex eadem suspendio interempti catapotia fecit Ancheus contra rabidi canis morsus:refert Plinius terram ex caluaria psilothum esse palpebrarū:alio nomine uocatur Calua Liuius caluam auro caelauerunt. Cranos/siue cranion dicitur graece/hinc Hemicranea morbus/quo dimidia capitis parte laborant/uti Cephalea/ quo totum infestatur caput Plinius Eterocranas memorat talem uidelicet dimidiati capitis morbum significans : quod capitis os ut Pollux Cytos graece uocatur. Caluaria quoq; est locus sepulturę publicus/ quem Gr.e,

Iuuenalis locus
Columellę locus
Asini
Iuuenalis locus
Fulgentii locus
Caluaria
Calua
Cranion Hemicranea Cephalea
Eterocranae
Cytos

Polyandrion — ci Polyandrion uocant/& locus ubi decollantur homines damnati.

Cap.xxx.

ET qm̃ concisa quædã tam apud recentiores/q̃ apud antiquarios uulgo/& subinde inuenio:idcirco ea cuncta nõ in hoc perexiguo opusculo/sed in reliquis nostris annotamẽtis in unũ colligere/& q̃ breuissime potero dilucidare studebo. Incipiamus ergo ab urbe/qm̃ in pagis non mansitamus illã definiendo. Vrbs est ipse circuitus/&ædeficia/dicta ut Põponius iurisconsultus in L.pugillus est.§. urbs de uerborum significatione tradit ab urbo aratri parte/inde urbare est aratro definire. Vrbum uero ut Varro aratri curuaturã appellamus:quod in urbe condenda adhiberi solet. Seruius aũt ait:ꝙ dicitur ab orbe: quia in orbem fiebant:& ideo fossa pomœrii/quia est spaciũ rotundũ ab Etruscis dicebatur Olympus/& a Romanis Pomœriũ quasi pone mœniũ: quia inde incipiebant ducere aratrũ/& mœnia condere. Dicebãt uero fossam Mundũ: ꝙ ad mundi similitudinẽ sphericã fossam faciebant/unde Plutarchus in Romuli uita refert/asciuisse Romulũ ex Etruria uates/qui literis/& mysteriis qbusdã fossam sacrandæ urbi de more facerent/quã illi mundũ/ græci Olympum uocãt scilicet ueteri uocabulo barbaro. Non mirandũ est: ꝙ Plutarchus dixit ueteri uocabulo barbaro. Nã ut Strabo in vi testatur Barbari Græciã prius incoluerunt/& Eusebius libro decimo de pparatiõe euãgelica refert disciplinas oẽs/ & artes a Barbaris Græcos accepisse/& Archilocus de equocis ait:ꝙ octauꝰ Homerus Mœon/de quo nos alibi multa diximꝰ/emẽdauit caracteres/& noia/& linguã. Nã primi barbariẽ quandã uetustã/ & Phœnicã ferebant. De quo Olympo(licet de cælo qdã/sed nõ satis recte intelligãt) Tibullus in quarto elegia prĩma sensit/talis in æterno felix Vertunnus olympo mile tenet formas/mile decẽter habet. Et qm̃/de olympo meminimus/hoc non prætermittamus Olympũ significare Iouẽ Næuius pãditur interea domus altitonãtis Olympi.i.Iouis/quẽ Næuiũ æmulatus est vergilius in.x.sic pãditur interea domus oipotentis Olympi/ sic ẽt legit Quint.in primo:licet qdã sed nimis licẽtiose oipatentis Olympi emẽdauerint cælũ itelligẽtes. Olympus/qñ significat cælũ ut Diodorus dr̃ ab Olympo Iouis præceptore/ut Xenophon.de equocis dr̃ quasi olos.i.totus/& lympos.i.lympidus/& fulgẽs/& inqt ois mons regionis Olympus a græcis dr̃:qñ uero est fossa pomœrii ab Aramæis sic interp̃tatur ab ol/quod est priscũ/æternũ/ppetuũ/& lympũ/qđ est circulus extremus. Olympus ergo dr̃ a forma circularĩ cõtinua/& ppetua cũ interiore area. Oppida ut de lingua latina Varro ait in Latio cõdebãt ritu Etrusco iunctis bobus tauro/& uacca:aratro/quod æneum faciebãt circũ agentes sulcũ. Hoc ẽt faciebãt religiõis causa die auspicato/ut fossa/& muro essent munita;terrã unde exulerãt/uocabãt fossam/ & intror

Marginal notes: Vrbs; Vrbare; Vrbum; Olympus; Pomœrium; Mundus; Græciã incoluerunt Barbari; Homerus græcã linguã emendauit; Tibulli locus; Vergilii locus; Oppida quomodo cõdebantur

ſum factum murum/quod poſtea fiebat orbis/& urbis principiũ/ quod erat poſt murum pomœrium dicebatur:quam Varrõis ſententiam his carminibus in quarto Faſtorum Ouidius confirmat Apta dies legitur/ qua mœnia ſignet aratro:ſacra Palis ſuberant/inde mouet opus:foſſa fit ad ſolidũ/ fruges iaciuntur in ima/& de uicino terra petita ſolo eſt: foſſa repletur humo/plenæq; imponitur ara : & nouus accenſo fundi/tur igne focus:inde premens ſtiuã deſignat / mœnia ſulco:alba iugum niueo cum boue uacca tulit. Hoc quoq; non ſupprimendum eſt in euertendis urbibus aratrum inducebatur/ſicut in condendis Oratius primo carminum imprimereturq; muris hoſtile aratrum / exercitus inſolẽs/ Propertius mœnia quum graio Neptunia preſſit aratro uictor Palladiæ ligneus artis equus/Seneca in primo de clementia deinde inquit cædibus in exitia gentium/& iniicere tectis ignem/aratrum uetuſtis urbibus inducere. Erant autem boues albi/ut illo candore oſtenderentur ciues ſine labe. Glebæ internæ reiicebantur : quoniam omnis fertilitas in urbem importanda ſit. Erant ita boues iuncti/ut uacca interior/taurus exterior eſſet. Mulieris.n.eſt/ quæ intra domum ſunt/curare/& uiri exteriora. Qum ad portarum locum peruentum erat/aratrum ſuſpendebant/quo portarum limen intactum relinqueretur / hinc a portando aratro Porta dicitur: & Muros ideo putant ſanctos/ut ciues pro mœnibus defendẽdis propugnent/ac moriãtur : & ciues Romanos alias q̃ per portas egredi non licet:qum illud hoſtile / & abominandum ſit:& iõ uidetur Romulum ſuũ interfeciſſe fratrẽ Remũ:ꝙ locũ ſanctum/& quẽ tranſgredi nõ liceret/trãſcendiſſet/et profanũ reddidiſſet ut Pomponius in L.ultima eo titulo. Portas ut Plutarchus ne ſacras quidem fas erat appellare : ꝙ cum alia multa ad uſum neceſſaria exportare / et importare/tum uero mortuos per eas efferre cõſueuerunt. Quoniam priſcorum ritu / et legum præſcripto extra urbes cadauera ſepeliebantur. Lex enim duodecim tabularum in urbe inquit ne ſepelito/neue urito: et Sulpicius ad Ciceronem in quarto epiſtolarum Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem/ut darent / impetrare non potui : ꝙ religione ſe impediri dicerent:neq; tamen id antea cuiq̃ conceſſerant: quod proximum fuit/ut in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremus/ nobis permiſerũt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Achademiæ locum delegimus. Et quoniam in hunc incidimus locum / non negligenter/incurioſeq; omittendum putauimus cur potius in gymnaſio Achademiæ locum ubi ſepeliret Marcellum/delegit? Hoc ideo dictum aſſerimus. Nam ut Pauſanias in primo uia/ quæ ad Achademiã ferebat/habebat ſepulcra frequentiſſima. Athenis extra urbem in ipſo Achademiæ ingreſſu ara Cupidinis erat/quam Charmes Athenienſis poſuit. Ob g̃ frequẽtiſſima ſepulcra/araq; Cupidinis locũ delegit:uelꝙ

Pomœrium

Euertendis urbibus

Porta

Muri ſancti

Romulus cur fratrem Remũ interfecit

Portæ nõ ſacræ

Cadauera extra urbes ſepeliebãtur

Sulpicii locus

Ara Promethei

in Achademia ut Idem subsequitur Pausanias erat ara Promethei/a qua currunt in urbem manu lampada accensam gestantes. Est autem uictoria continuato cursu ad calcem usq; accensam lampada perferre/quæ si extinguitur/traditur proxio: ꝙ si & illi quoq; accensa nó per/
Varronis locus
stet/a tertio accipitur: atq; ita deinceps per manus translata præmium lucrabatur extremo ille/cui in finem/& metam præluxerit: hinc Varro
Persii locus
de re rustica ait non cursu lampada tibi trado.i.non uictoriam tibi trado: meminit & Herodotus in octauo: de hoc quoq; intellexit Persius ꝗ prior es: cur me in decursu lampada poscis? Delegit ergo locum sepulturæ celebrem ob spectacula/& cursus/ad quos conspiciendos undiq; cófluebant: nonnulli uero ob Platonem tradunt: & iurisconsulti pluribus in locis ostendunt sepulcra in agris fuisse / & Plato iubet in ea parte
Cepothaphium
agri sepulcrum fieri / quæ sit sterilior: quod sepulcrum fiebat in ortis maxime/& Cepothaphium a cepos.i.ortus / & thaphium sepulcrum dicitur: decretum quoq; collegio pontificum est non esse ius in loco publico fieri sepulcrum. Diuus Adrianus referente Vlpiano titulo de sepulcro uiolato pœnam statuit quadraginta aureorum in eos/qui in ciuitate sepulcrum faciunt: quam fisco inferri iussit: & in magistratus eandem statuit pœnam/qui passi forent. Seruius etiam in undecimo commentario antiquam fuisse tradit consuetudinem/ut in ciuitate sepelirentur: quod postea Duillo consule senatus prohibuit/& legauit/ne qs
Sepulcra átiqua
in urbe sepeliretur. Hoc/quod est scitu dignum non est omittendum/ Antiqua Festo scribente sepulcra in puteorum morem excauabantur.

Per Romuli tempora Dionisio tradente inchoandis urbibus solitos facto sacrificio ignes ante tabernacula extrui: ut expiationis gratia flammas transilerent/pollutos ad eam rem sacram certe non admittendos arbitrabantur. Legimus seminato puluere ex tellure alba/quam puram
Tellus alba
nuncupant/solitos ponendorum murorum lineam designare: & Mace
Tellus pura
donem Alexandrum in huius Telluris locum farinam/ ꝙ puram illam non habebat/qum Pharon olim insulam Aegypti/nunc cótinenti coniunctam conderet/subiiecisse: uel ut Valerius in primo qum Alexáder urbé in Aegypto constituere uellet/architectus Democrates qum cretam nó haberet/ polentaq; futuræ urbis liniaméta deduxisset. Non est prætereundum: ꝙ idem Dionisius Halicarnasseus in primo scribit/moris fuisse antiquis ut urbes nó magnas/sed paruas/& locis munitas conderent. Quia pauci erant homines ab initio/non quidé lapidibus / sed
Vehiæ
solum præter turrés ut ait Berosus uehis/& cauernis. Vehias auté currus/ac plaustra/& cauos arborum truncos/tuguriaq; nuncupabant antiqui/quod Vergi. in octauo tangit dicens hæc nemora indigenæ Fauni/ nymphæq; tenebant gens uirum truncis/& duro robore natæ/ & Berosus in quinto docuit suos Italos urbem curribus componere: & ad

hæc tempora

hæc tempora Scythæ plaustris/&curru pro domibus utuntur. Nō ignorandum est:ꝙ Oppida eadem sunt/quæ & urbes/in quo multi non solum ambigunt/sed allucinantur etiam:nostram sententiam Cicero pro Roscio Amerino his uerbis confirmat ne in oppidum quidem/nisi raro ueniet:domum suā istum ne fere quisq̄ uocabat : nec mirū qui neq̄ in urbe uiueret:& Varro quare & oppida/quæ prius erant circunducto aratro ab orbe/& urbo urbs est. Idem alibi oppidum/& Roma: qum sit uocabulum/& Roma nomen. Patuit ergo oppida esse eadem/quę & urbs sunt/& sicuti condebantur:licet me non fugiat:qum hæc coniunguntur nomina urbem esse nobiliorem/& oppidum uilius Suetonius in Augusto urbe/oppidoue ullo egressus:differūt etymologia dūtaxat:de urbe prædiximus/de oppido dicamus. Dicitur nāq̄ oppidū/ꝙ opis causa mœnibus cingitur ut Pomponius iurisconsultus in L. Pupillus est. §. oppidum eo titulo/uel ꝙ opere sit munitum/ uel ab opponendo se hostibꝰ/uel ab oppugnando/uel ꝙ illuc opes cōferuntur/ sed priorem magis probo sententiam:sæpe tamē pro castellis quoq̄ leguntur oppida. Oppidum etiam Britanni ut scribit Cæsar libro quinto de bello Gallico uocant/siluas impeditas qum uallo/atq̄ fossa munierunt/ quo incursionis hostium uitandæ causa conuenire consueuerunt : excellentiæ uero causa urbs absolute Roma ut in sexto Quintilianus ait/intelligitur/sicut poeta apud Græcos Homerus/apud Latinos Vergilius/ & Orator apud illos Demosthenes/& apud nos Cicero. Paulus uero iurisconsultus de uerborum significatione lege secunda ait:ꝙ urbis appellatio muris:Romæ autem continentibus ædificiis finitur:quod Latius patet ut suburbia:Idem in L.d. L.nam quod liquide §.ita si legetur & quidem ait urbes fere omnes muro tenus finiri. Romam continentibus/Marcellus in L.ut Alphenus eo titulo urbs est inquit Roma/ quæ muro cingeretur ut Alphenus ait. Roma est etiam quantū continentia ædificia essent. Nam Romam nō muro tenus existimari ex cōsuetudine cotidiana posse intelligi:qum diceremus Romā uos ire etiā si extra urbem habitaremus/ & Romæ nati ut Herennius in L. qui in continentibus de uerborum significatione intelliguntur qui in cōtinentibus urbis nati sint. Sed ante q̄ tendamus alio hunc in principio Valerii Maximi locum expendamus Vrbis Romæ/exterarumq̄ gentium. Quoniam urbem muris/Romam continentibus ædificiis etiam finiri tradidimus: Valerium non frustra copulasse. Vrbis Romæ / sed ut opinamur/coniunxit ut intelligeretur totius Italiæ/per urbem Romanos tantum/ per Romam etiam continentia.i.totam Italiam:sic enim exempla Romana / Italaq̄/mox externa ut patet ex ipso / cōplexus est: quod referunt aliqui posuisse expositiue/declaratiueq̄ ut esset urbis expositiue Romæ non probo. Et quoniam de sepulcris in hoc superius

Oppidum

Roma

Valerii locus

Vergilii locus

capite meminimus/non esse incógruũ putauimus quæ in hoc Vergilii carmine in sexto ossaq; lecta cado texit Chorineus aheno Seruius re/posuit/referre/tutariq; ait interpres lecta aut collectá/aut electa: qa eli/gebãtur ossa.i.cineres/qum flãma rogi subsederat ut supra diximus: no biles nũq̃ soli cõburebãtur/sed cũ dilectis equis/uel canibus/uel famulo: quæ Seruii uerba negãtes asserunt ossa nõ eligebãtur/sed colligebãtur/. quos esse falsos Plinius in nonodecimo cap. prio prodidit: tradit.n.inter cætera Lini genera Linũ inuenũ iam est et/quod ignibus nõ absu/meretur/uiuũ id uocãt: ardẽtesq; in focis cõuiuiorũ ex eo uidimus map pas sordibus exustis splẽdescentes igni magis/q̃ possent aquis. Regum inde funebres tunicæ corpis fauillã ab reliquo separãt cinere. Nascitur in desertis/adustisq; Sole Indiæ /ubi nõ cadũt imbres/iter diras serpẽtes/assuescitq; uiuere ardendo. Rarũ inuẽtu/difficile textu propter breuitatẽ. Rufus de cætero colo: splẽdescit igni. qũ inuentũ ẽ/æquat precia excellentiũ margaritarũ. Vocatur aũt a Græcis Asuestinũ: hæc Pli/nius: quibus liquet uerbis separari/eligiq; fauillã/ossaq; regũ/ & nobiliũ ab reliquis cineribus: ad quod allusit quoq; Ouidiana Sapho cum lecta parẽtis ante diẽ lacrimas ossa bibere meas. quod linũ mihi dono dedit Fuscanus iuuenis integerrimus/ & Musarum alumnus nulli synchrono cedens in carmine cudendo.

Linum

Asuestinum

Ouidii locus

Cap. xxxi.

Martialis locus

IN primo epigrãmatarii poetæ Martialis epigrãmate dilucidãdo/ aperiendoq; non interpretes modo/ sed multi ẽt alioqui & inge/niosissimi uiri desudarunt. Oẽs tamen meo iudicio poetæ acumen & solertiam non attigerunt. Vocabula nãq;/& fabulas/historiasq; solertissime scrutati sint/& non sniam: & quorsum loquebatur sagacissim⁹ poeta. Nos uero hoc in primis sentimus non ad septẽ orbis spectacu/la/qum quinq; dũtaxat posuerit/nec duo reliqua uel ingenii crassitudi/ne/tarditateq;/ul negligentia omisisset/poetã respexisse/sed uolẽs Cæsaris amphitheatrũ cõmendare aliorũ operũ cõparatiõe laudauit: & ut hoc ipsum innotescat/a principio totum epigrãma aperiãmus. De ma/gnitudine/ Pyramidum cõparatione/qũ fuerunt ædificia altissima/cõ/mendat Amphitheatrum/tanq̃ altius/proceriusq; ipsis Pyramidibus: mox de celeritate. Babylon enim a Semirade regina æmulationis Ni/næ urbis/quã Ninus eius uir construxerat/per annum condita/& abso/luta fuit: ad quam celeritatem/& non ad orti pensilis irrigationem (ut aiunt) poeta respexit: quod carmen ipsum/ quin dicat assiduus labor/ indicat: Assiduũ nãq; iter cętera diciẽ/quod itermittitur nunq̃: & labor Babylonis condendæ nunq̃ nec die/nec nocte donec non absoluta fuit urbs ut ex historicorum monumentis colligitur/intermissus fuit: idcirco de hac celeritate/& nõ de pensilis orti irrigatiõe est itelligendum. Hoc

Babylon

Assiduũ

quod Diodonus ait in tertio non tacebo ortos pensiles Babylonios ab Assyriæ quodam rege Syro fabricatos in pellicis gratiam: hinc cōie/ clare licet esse legendum fortassis in Martiale Assyrius iactet nec Ba/ bylona labor. Est sciendum quem Syrum Babylonios ortos Diodo/ rusᵒ ait cōdidisse Pli.i undeuigesimo Cyrū nūcupat/hunc potius sequar q̄ illum:&proinde nihil in Martiale muto. Hoc non prætereo Babylo na olim Seleuciam uocatā/opus Babylonis antiquissimi Medi filii/nō Semiramidis ut falso putauit Herodotus. Nā mille/& duobus annis an tiquior est ut Erthanius. Deinde de pictura/statuisq;. Erat enim Ephe si Dianæ templū/& eiusdē in ipso Multimāmia .i. multarū māmarū effigies/qua cultores eius decepti sunt. Putabāt.n. eā oium uiuentium nutricē:in quo ēt tēplo erāt multæ(ut constat)aliæ statuæ / & effigies: molles ergo ad picturæ laudē refertur. Possemus quoq; molles honores referre ad hæc Plinii loquētis in trigesimo sexto capite quartodecimo de tēplo Dianæ Ephesiæ uerba summa miracula/epystilia tantæ molis attolli potuisse:id cōsecutᵒ ille Beronibᵒ arena plenis molli puluino su per capita colūnarū exaggerato :molles honores pensiles interpretātur aliqui/ut sit cōparatio ab ædificio/& nō a statuis/ & aliis. Postea de ua rietate. Arā nāq; Apollinis/quę erat in Delo insula maris Aegei/ex cor nibus Cynthiadū caprearū/quas soror Diana in uenatu occiderat/qua/ drimus adhuc Apollo extruxit/quā arā Ceratinō Bomon dicūt:& qm̄ ex cornibus multarū caprearū ara cōpacta erat:iō a uarietate/q̄ est rerū oium pulcherrima/celebrauit Amphitheatrū. Supremo loco de nobili tate. Mauseolū.n.fuit sepulcrū Mausoli regis Cariæ ab Artemisia cōdi tū/& colūnis ita clausum ut quāuis his subnixū esset/pēdere tn̄ in aere uidebatur;ibiq; erat columna/in qua sculpēda claruerunt quatuor excel lentissimi sculptores Scopas/Briax/ Thimotheus/& Leochares/sed Sco pas ab oriente/a septentrione Briax/a meridie Thimotheus/ab occa/ su Leochares cælauit. Patebat sepulcrū illud ab Haustro/ & Septētrio ne sexagenos ternos pedes / breuius a frōtibus toto circuitu pedes qua/ dringentos undecim: attollebatur in altitudinem uiginti quinq; cubi/ tis:cingebat̄ colūnis q̄dragita sex:operē nōdū absoluto periit Artemi sia. Ex nobilitate igitur regis & pictorum erat sepulcrum illud nobilis/ simum. Mausolea præterea diuo Hieronymo scribente in libro pri/ mo contra Iouianum dicuntur omnia magnifica / pretiosaq; sepul/ cra ab illo Mausoleo / quod inter septem spectacula numeratum ab Artemisia condito in honorem mariti / hinc sepulcrum Cæsarum/ quod Augustus extruxit/Mausoleū uocatū leges in Suetonio: cōcludit g hoc mō ingeniosissimus poeta Cęsaris Amphitheatrū magnitudine/ celeritate/pictura/statuisq;/uarietate/& nobilitate oībus ædificiis esse

Orti Pensiles
Diodori locus
Babylon
Seleucia
Herodoti error
Multimammia
Ara Apollinis in Delo
Ceratinon Bomon
Mausoleum

anteponendum:& q hoc unum pro cunctis fama loquatur opus. Et qm superius non referri ad septem spectacula/seu miracula mundi asserui/mus/illa Cassiodorum secuti recenseamus templum Dianæ Ephesiæ/ Mausoleũ/ Collossũ Solis apud Rhodios/ Iouis Olympici simulacrũ qd Phidias fecit ex ebore/ Muros Babylonios/ Pyramides i. A egypto/ & domũ Cyri Medorum regis/quam Memnon arte prodiga illiga/tis auro lapidibus fabricauit. Hoc quoq; præcipimus : q Mauseolea/& non Mausolea ut in quinta sede dactilus / & non spondæus esset/ipse legerem. Sed quia in syllabarum mentionem incidimus/occurrit/recentiores omnes/quos mihi legẽdi potestas oblata fuit in carmine uti Maria proprio nomine penultima longa/qum antiquiores/ ex quibus nr̃æ literæ fluxerũt/illam corripiant Claudianus præparat/& Mariæ pulcros sed luce minores elegit ornatus / Sedulius quis fuit nitor Mariæ quin Christus ab aluo processit/ Iuuencus urgetur monitus Mariã / puerũq; Iosephus. Qua tamen ratione producunt/penitus ignoro/nisi hæc fuerit ad differentiam mare maris / quod in multitudinis numero maria penultima breui facit:ut accentu nomẽ dignoscatur:uel q est nomẽ hebræum:sed de hoc uideãt alii. Nos enim ad usum & probatorum maxime accedimus. Hoc non prætereundum est: q Maria illuminatrix dicitur/& syro sermõe domina/uel ut Hieronymus stella maris/uel amarum mare/ut Christus latine unctus. In humanitate nãq; præ aliis fuit unctus oleo gratiæ. Ipse enim rex/& sacerdos summus in æternum dictus a chrio idest ungo/& chrisma unguentũ. De syllabarũ uero quantitate/& accentu in libello grammatices disseruimus.

Spectacula seu Miracula mũdi

Maria

Christus Chrisma

Cap. xxxii.

NImio necessariorum tædio/& quorundam morositate/ ac audiendi respõdendiq; negocio non paruo defatigatus/somnoq; languidus/ & cogitabundus ne a promisso :desisterem / Statii nostri enchyridion/quod una Veneratide Præsul tuis in ædibus confabulantes conspeximus ab Aldo nõ modo literato/sed latinitatis quoq; curioso/ac solerti excusum/manibus(quamuis stuporem/soporemq; ex oculis submouere minime potuissem)accepi/confestimq; reclusi/ac tertium syluarum librum/de quo maxime in tuo cubiculo cõmorantes de tua illa sylua subito calore effusa de aduentu Ferdinandi Aragonei Catolici ex Hispania regis/affatim locuti fuimus/accuratius/ut locos/quos ibi corrigendos spoponderam/emacularem/lectitare cœpi: ubi multa/ & lõge castigatiora/q̃ in cæteris codicibus offendi. Qua de re qum nostrum ciuem superioribus temporibus ex impressorum incuria depra/uatum/mancumq; impræsentiarum ipsius Aldi solertia pene ab undis stygiis reuocatum conspicerem/maxime(ut decet) lætatus auidius legebam. Et quia non unus omnia potest:quædam/quæ superioribus annis

quibusdam nostris amiculis/necessariisq; emaculanda nostro de uolu/ mine diligētiori calamo/examineq; castigato tradidimus/annotauim⁹: & hic/quoniam sic intra tuos priuatos parietes tibi receperamus / insē/ renda duximus. In epistola ad Pollium in hac/cui tam feliciter inhæ/ res quiete/potius legerem/q̃ fideliter. & inferius quia sequi nō poterā/ q̃ poteramus: & inferius. Germanici(ut nostri) j dei nostri/. & in Hercu le facundiq; larem Polli nō hospes adibam/q̃ habebam: & inferius di tes Capreæ/ uiridesq; resultant Taurubulæ. Quo in loco interpres uir ingeniosus/& antiquitatis scrutator. nomē Taurubulæ a cosmographis prætermissum. Quid tamē ipse de hoc nomine sentit/ibi quisq; ni tæ dio afficiatur/conspicere poterit. Nos uero qum Taurubulæ nusq̃ lega tur/mendosum codicem iam diutius a nobis castigatum ita emaculaui mus Dites Capreæ/uiridesq; resultant Theleboæ.i. Capreæ/& q; pro idest ut sit declaratio/quæ non modo poetis/ sed oratoribus quoq; est familiaris/exponitur: & hoc ideo: q̧ poeta loca Herculi saxa frangenti uiciniora/& non remotiora per Echon idest reboatum resultare demō strat. Et Capreæ(ut liquet)sunt prope Sirentinas rupes: Lucrinus uero de quo hic nonnulli intelligunt/est remotior/miliaria circiter quinqua/ ginta distat. Quō ergo hic/qum sit remotior p Echon(uicina nāq;/& nō remota ut iam cōstat reboant)resonare/resultareq; poterat? q̧ Capreæ dicebantur Theloboæ ipse quoq; Statius in ultima sylua tertii libri in fine sic dicens arguit Teloboumq; domos trepidis ubi dulcia nautis. Quo in loco argutus interpres ait. Theloboæ insulæ sunt inter Leuca diam/& Achaiam ubi Taphius/& Thelobous fratres fuerunt. Thelo bous exiguum regnum fratri reliquit/sponteq; discedens colonos duxit Capreas in Campaniam / inde Capreæ dictæ sunt Theloboum do/ mus/quod in septimi fine Vergilius hoc carmine comprobat Thelo/ boum Capreas qum regna teneret. Idcirco Tu Patriæ decus in illa tua sylua his Statianis non deteriore/inferioreq; Taurubulis tantum/ qum cætera loca Neapoli finitima nimio artificio/facundiaq; perstrinxisses/ qum hoc nomen non legatur/abstinuisti. Quam nostram sententiam omnibus etiam inuidis/obtrectatoribusq;/qum audiuisti/placere excla/ masti. At non mirandum est: q̧ Sirentinas rupes per I latinum scripsi/ mus. Sirentum enim est oppidum Campaniæ cum promontorio Mi/ neruæ quondam Sirenum sedes / a quibus Sirenibus nomen sumpsit/ & ideo per I latinum/& unicum R est scribendum. Quamq̃ nonnulli decepti sunt per y scribentes. Putarunt enim Sirenas per yphilon scribē das/nomenq; deduxerūt: σύρω syro/quod est traho/quod falsum est. Dicuntur namq; ab εἴρειν irin quod est connectere/ & retinere: cuius aspiratio ut in multis quoq; nominib⁹ fit/in σ S cōmutata est/& ideo Græci σείρειν syrin dicūt: & dipthongus illa græca ει in I producta

Statii locus

Capreæ Thelo boæ

Sirentum

Sirenes

a Latinis conuertitur. Sunt afferentes Surrentum dictũ a Surrena Augustali. Et qũ de Sirenti scriptura, etymologiaq; retulimus: nõ fore incõgruũ putauimus, si Salerni quoq; qũ de hoc ét túc simul locuti sum⁹) etymologiã q̃ paucissimis notã, & exploratã hoc in loco concederemus. Grãmaticorũ pleriq; nomẽ a copia salis deductũ uolunt. Quæ Salerni definitio, qum sit admodum cõcisa, proinde uiri disertissimi, qum id ipm dilatarent, ac dilucidarẽt, quædam prope portenta cõmenti sunt. Aliq referunt a copia salis.i.maris: qum maneat prope mare. Quod q̃ frigidissimũ sit, ac si nullæ aliæ urbes, nisi ipsa sola, & iõ hoc peculiariter nomẽ assumpserit, prope mare staret? multi a copia salis.i. condimenti sic dicti exponunt. Nã ibi magna est copia salis: & hoc q falsissimũ est. Nullæ.n.ibi (náq; fui) sunt salinæ: nõnulli a Sileri fluuio dici contendunt: & hoc a ueritate alienissimũ est; quo mõ nãq; ab hoc fluuio, qum p.xxiiii.miliaria distat hæc ciuitas nomẽ sumere põt? Cæterũ his ãbagibus omissis Salernũ dici incunctanter affirmamus a sale .i. antro qd ita a medicis, a qbus ibi pandectarũ liber cõpositus fuit, appellatum est, tanq̃ a sapiẽtia. Sal.n. inter cætera ut ex Terẽtio in Eunucho sic dicente patet, qs hẽt salẽ, qd in te est, sapientiã significat: & a lacu Lerno sic adhuc nomẽ retinente hæc ciuitas inter antrũ illud, & lacũ, ut ciues quoq; asserere possunt, est sita, & collocata: et qum Sirenti, Salerniq; etymon disseruimus, non foret incongruũ, si Parthenopes quoq; cõi omissa opinione de tumulo Sirẽnis Parthenopes referemus. Hæc .n. apud Neapolitanas legimus cõstitutiones in uerbo Neapolis. Aeneas Neapolin cõdidit: postea oium regiones Latinorũ obtinuit, mox mortuo Aenea regnauit Neapoli Parchinus natione Troianus, q Latinos nimiũ oderat, eosq; fere oẽs tributis, & flagellis cõsumpserat, & adhuc eorum sanguinẽ sitiens qum apud Neapolin luxuriosam uitã duceret, edixit diẽ, quo CLV. nobiles Latinorũ in festo suorũ nataliũ deberẽt pecudũ more iugulari: quod sciẽtes Latini defecerũt: cõtra quos Parchin⁹ acies instruens extitit superatus, & cũ paucis cõfugit Neapolin: ubi cõgregrauerat inęstimabiles opes suas ibiq; a Latinis, & Liguribus obsessus medietatem thesauri sui fecit abscondi per loca diuersa ciuitatis; aliã uero medietatẽ extra in penetralibus Capitis Mõtis ciuitatis Nazaret, q eidẽ ciuitati Neapoli Haustrũ uersus uertitur, occultauit. Quo a Latinis occiso, & qũ opes Neapoli reqrerẽtur, nõ fuerũt inuẽtę: quã ob cãm exqsitores, uocauerunt ipsam ciuitatẽ Parthenopes quasi partene opes, seu partæ nõ opes, quæ nũcupatio durauit usq; quo Lõgobardi eã destruxerũt: postea Græci instaurauerũt, & Neapolin uocauerunt quasi nouã ciuitatẽ a neos.i.nouus, & polis ciuitas: hæc cõstitutiões: q̃ legetiũ aĩos oblectandi cã scriptitauimus. Quo Statii loco perpẽso una totã syluã multa hinc inde excuciendo prætériuimus: qum in syluæ fine esset

Salernum

Pandectæ ubi

Sal

Neapolin

Aeneas cõdidit

Parchinus

Parthenope

tius Gordianũ nodũ hoc arctiorẽ / firmioriq; ense enodandũ offendi mus:statim cõstituimus/& more boum hoc carmẽ ruminare cœpimus extendáq; colus:durã scio uincere mortẽ. Aliquátulũ tu ipse cũctatus/ mox an de tripici Cerbero ex inferis ab Hercule tracto ut alii/intellige rem/interrogasti: Illico librũ corripui/& aliquantisp mecũ hoc mente reuolui:deinde respõdi:uide ne poeta nr̃ de quadã fabella in pñtia mi/ hi non occurrẽte a Lycophronis poetæ græci interpretẽ recitata intelli geret. Tũc qum atra incubaret nox/hac me lege dimisisti/ ut matutino tpe quinternionẽ(ut solebã)hæc oĩa cõplectentẽ / & fabellæ authorem ad te destinarẽ. Nos uero tuis iussis au diẽtes hæc scriptitauimus Lyco/ phronis interpretis in hoc loco sñiam sic ex Euripidis Alceste hanc fa/ bulã recitãtis secuti. Herculẽ tradit apud Admetũ regẽ Tessaliæ diuer/ tisse/& qum a contẽplatiõe ærũnarũ/quas exãtlauerat/ & rursum erat subiturus/seuocaret animũ/& nescio qd alta uoce molliusculũ cãtaret/ ab ancilla quadã grauiter correptum. Dicebat.n.hospitali iure minime gentiũ agi oportere ut atrocissimo hospitis luctu tam læta cãtaret: nec qdq̃ pensi haberet/ita esse a natura constitutũ/& euenire/ & hilaritate intẽpesta dolores/uulneraq; recrudescant: Herculẽ quodãmodo rubore perfusum qd esset cupide scitari cœpisse/ait Alcestis mortẽ/ad tumulũ cucurrisse:& tũ forte nouendiales.i.nouẽ dierũ ferias celebrari euenit/ &ibi Thanaton qd Latini mortẽ interptant/a quo Athanatos.i.imorta lis. Est & Thanatos insula teste Solino in Oceano Gallico Britanniæ proxĩa frumẽtariis cãpis felix/in ea nullus uiuere anguis põt/qn asporta ta aliquo terra illius insulæ angues illico perimit/dicta Thanatos a ser pentũ morte. Thanaton ergo illius sepulchro sedentẽ depñẽdit/statim humo arreptam subrexisse/nec prius dimissam/q̃ Alcestis manibus ad superos remeãdi ptãtẽ faceret. Qua fabella a Çecio Lycophronis(ut optime calles)interpte recitata satis nr̃i Statii sensum cur Hercules di/ xerit durã.i.inexorabilẽ scio uincere mortẽ oĩbus liquere satis psuasum habeo:quod Philostratus in Apollonii uitã libro. iiii. his uerbis com/ probat Alceste quondam ab Hercule in uitam restituta. Sunt & multa (ut scis) i nostro Statio tam a nobis enodata/ quam emendata quoq; quæ omnia propediem lucem uidebunt.

Statii locus

Thonaton

Athanatos

Cap.xxxiii.

Tibullus poeta cãdidissimus/atq; amator felicissimus nõ tã mise re/q̃ lepide/cõcinneq; suos decãtauit amores / cuius poema ter/ sum/& emunctũ quoties in manus sumo/nõ mõ afficior amo re/sed ipsum ẽt depereuntẽ uidere uideor:reliqt itaq; inter cætera disti con in prima elegia/Iam mõ non possum contẽtus uiuere paruo / nec sp longæ deditus esse uiæ:ubi enarrator inter interpretes nõ ineruditꝰ ait. Epicurus dixit si ad naturã uiues/nunq̃ eris pauper/si ad opinionem

Tibulli locus

nunq̃ diues. Exiguũ natura desiderat/opinio imensum: in hac sñia loquitur poeta/sed magis placet mõ nõ sit p parẽthesin:& sit sensus iam non possum uiuere contentus paruo mõ non.s.poterã quin Deliã non ardere hæc ille. Nr̃a tñ uerbis omissis hæc erit sñia ut affirmatiue legatur: Ego Tibullus nõ solum non possum esse cõtentus paruo / sed nec sp esse deditus lõgę uiæ ad sequẽdũ te o Messalla/cui poeta opus inscribit ut ipse inferius testatur O quãtũ est auri pereat/potiusq̃ Smaragdi/ q̃ fleat ob nr̃as ulla puella uias:te bellare decet terra Messalla mariq̃;ut domus hostiles pferat exuuias. Parauerat nãq; Messalla Corcyrã petere ut inferius ibitis Ageas sine me Messalla p undas:quasi diceret se nolle ipm pseq/sed ocio operã dare/ut cũ dña uiuat. Sũt q̃ iterrogatiue legũt & longę uiæ.s.amoris exponunt ut desideraret Deliam sibi coniunctã habere. Nam si longo itinere fessus redardatusq; fuisset:suam illa mutaret sententiam/et alterum caperet amãtem. oblectantur puellæ amãtoris cõspectu/quam opinionem Prop. libro primo hoc carmine comprobat/mutat uia longa puellas. Nam ut est in decretis distinctione. lxxxi. plerumq; dum mutatur locus/mutatur & mentis effectus. Frigidissima sane est illa expositio longę uiæ. s. laboris cum nequit in negotiis totum terere diem: sed uellet diei partẽ demere ut genio indulgeret. Nostra tamen prima sententia est uerior/atq; concinnior cæteris. Tu uero Lector quam mauis accipe.

Cap. xxxiiii.

COmpertum habeo nonnullos fore/qui me audaculum / atq; in rebus exiguis/& notis ostentatorem appellabunt. Ipse tamen illos/& omnes quæso/ne prius hoc/q̃ cuncta/uel minima quæq; perspexerint/ac more boum admodũ ruminauerint/dictitẽt: q si hæc fecerint/secus fortasse sentirent. Sed quid multis est opus? Carmẽ est

Ouidii locus

Ouidii in prima epistola Vix Priamus tanti/totaq; Troia fuit / in quo quod interpretres uiri clarissimi scripserunt/omnibus constat. Nos tamen præter illorum opinionem putamus esse sententiam: Priamus/ & tota Troia non fuit tanti.i.tota iactura/quã Priamus/ cæteriq; Troiani acceperunt non fuit tanti/ quanti mea. Quod te marito ob bellũ Troianũ carui. Est & alter sensus. Priamus/ & tota Troia non fuit tãti ut mereret hoc odium nostrum ob maritorum absentiam/ sicuti nunc meret Calypso/quæ diruta Troia te retinet/uel & hoc cõprobo Priamus/& omnes Troiani non fuere tanti ualoris/& uirium/ ut retinerẽt te ne in patriã redires(quoniam iacet Troia)sicut te laqueis amoris irretitum nunc retinet Calypso/quod inferius ipsa Penelope sic dicens innuit. Sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis Ilios/& murus q̃ fuit ante solum:si maneo qualis Troia durante manebam: uirq; mihi dempto fine carendus abest: diruta sunt aliis uni mihi pergama restãt: & inferius

& inferius hæc ego dum stulte meditor/quæ uestra libido est:esse pe/ Vlysses cum Ca
regrino capt⁹ amore potes:Fortiti&narras q̃ sit tibi rustica cõiux.Vlys lypsone in Ita/
sem a Calypsone delitiis retẽtum Philostratus in Apollinii uita libro lia
vii.his cõprobat uerbis ego te inqt delitiis indulgẽtẽ deprehẽdi in Ita/
lia felici uel ut uerius dicam beatissime degentẽ:ubi quondã Vlyssẽ in
ferunt cum Calypsone diuersatũ fuisse/& Itacẽsis domus oblitum fuis
se.Multos fore mihi persuadeo tradentes uix pro non authorum nullũ Vix
posuisse:sed illos rogatos uelim ut Terẽtiũ legant in Andria in scœna
mitte orare dicẽtẽ uix apud me sum:ubi ingeniosissimus interpres Do
nat⁹ uix pro nõ exposuit/& Lucilius ait carcer uix carcere dignus.Opæ
p̃ciũ esse duximus hic quædã de Priamo/Troia/Penelope/& Vlysse
scitu digna non prætermittere. Priamus/qui prius / q̃ puer ab Hercule Priamus
cum Hesione sorore captus fuisset Podarces .i. pedibus ualens ut Ly/ Podarces
cophron poeta græcus testatur/nuncupabatur/dicitur a Prieme / quod
est emo/uel redimo:quia solus ipse Priamus cęteris relictis penes Græ
cos captiuis ẽt Hesiõe sorore pecunia a suis redimi potuit.Troia ut Ser Seruii error
uius & nõnulli tradunt/est Asiæ regio/& nõnunq̃ pro urbe regia poni
tur/& Ilium urbs/quã Græci euerterunt:Ipse uero non ut Seruio/cæ/
terisq; reluctarer/sed ut quod apud fide dignos legerim/indicarẽ/affir/
mo Troiam esse urbem regiam:quæ M.D. passibus a portu distabat: Troia
& ut Homerus scribit in quarto omnium/quæ sub Sole/ac stellifero cę
lo sunt/urbium insignissima quidem Troia fuit: quem Homerũ non
modo poetæ nostri latini/sed Strabo quoq; / & Ptolomæus sequũtur Ilium
afferentes/Troiam esse urbem/&Ilion Troiæ arcem.His ergo autho
ribus patet Troiam urbẽ/& Ilium fuisse arcẽ;quod Vergilii carmen in
æneidos secundo apertissime quoq; indicat Troiaq; nunc stares/Pria/
miq; arx alta maneres/Plaut:expugnabo urbẽ Troiã/Ilium arcem/Li.
in principio Troia capta:uerum est q̃ Troia nonnunq̃ ẽt ponitur pro
regione:&hoc ideo.Solent.n.&maxime poetę urbem/montẽ/fluuiũ/
& similia pro tota ponere regione:sic quoq; Iliũ sepę pro ipsa Troia
idest urbe Troiana inuenitur.Penelope/q̃ prius Arnea uocabatur quasi Penelope Ar/
abiecta/repudiataq;(in mare nanq; ab Icario/Peribæaq; parentibus fuit nea
proiecta)dicta ab auibus/quę fere ansere minores Penelopes ab autho
ribus appellantur;uel ut Didymus/& nonnulli alii a Nauplio necẽ Pa
lamedis ulciscente eiecta a Penelopibus est nominata/quarum ope ser
uata sit.Sunt tamen qui ab hac sententia dissentiunt:qm̃ ipsa tela pro/
cos decipiebat.Promiserat.n.absoluta tela se eis obsecuturam; ab hoc
qd interdiu texuerat/noctu retexebat/ uolũt Penelopen ab officio tra/
xisse nomẽ πήνιον penion enim fusus est/quo reuoluitur subtegmẽ:
q̃ lanificio mariti absentium solabatur.Verum qum superius retulerim
tela procos decipiebat;hæc subticere prouerbia haut destinauimus:unũ

qum Aristoteles nimio philosophiæ studio cóplectebatur/asserere nô dubitabat/eos/q reliquas artes cósectarétur:hãc uero negligerét esse Penelopes procis similes/q ut Homer⁹/quin dña potiri nequissent/ad ancillas diuertebãt:hoc tradebat pinde/ac philosophia sit ars artiũ/ & scia sciarũ:cæteras uero scias tãq̃ uiles/sic & earum affectatores Penelopes procos.i.uiles dictitabat.Orat.tñ i epl'is aliorsũ tradit dicés nos numer⁹ sumus/& fruges cósumere nati spõsi Penelopes nebulones/Alcinoiq; incute curãda plus ęquo opata iuuétus. Voluptatibus.n.deditos atq; mãcipatos/nec aliquã rõnis lucem penitus capientes eo intellexit noie cu/iusmodi est uilissim⁹ qsq; qué numerũ ex mltis unũ appellauit. Alterũ est Penelopes telã retexere/qd significat inané operã sumere/ & quod effeceris destruere:sumptũ est ex Homero de odysseæ secũdo ait Pe/nelopé procos iã urgétes hac delusisse cõditiõe:ut tũ se promitteret nuptura/ubi telã/quã hébat in manibus/absoluisset:quã postq̃ illi cõditioné acceperũt/mulier astuta/qđ interdiu texerat/id noctu retexebat: qđ adagiũ Ci. Academiarũ q̃stionũ .ii. usurpat qđ: qđ eadé illa ars quasi Penelopes telã retexens tollit ad extremũ superiora:sentit aũt de dialecticis hisdé illis rõnibus/qbus ɔfirmauit aliqd/ destruit:ut nihil iã actũ uideatur. Cæterũ hoc ét silétio nó pteribo/eoq; magis:qum multos nõ hæsitasse mõ sed prudétiores quoq; qum(uti referũt)cõsuluissent:incõsulti abierũt : cur a Græcis scribit' Odysseus/unde Homeri Odyssea/a latinis Vlysses. Verũ qa curiosis prodesse destinauim⁹: hoc ét nubilũ ex caligantiũ oculis amoueam⁹. Græci nois etymõ sequũtur. Odysseus.n. dr̃ a uia/&pluit:ꝙ in uia genit⁹ fuit:qđ Hom.iterpres his asserit uerbis

ὀδυσσευσ λέγεται παρα το ὀδοσ και το ὕω ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ ἐγεννήθη odysseus legetæ parato odos cæ to hyo, oti ente odo egennethe, & Etymologicon magnum ὀδυσσευσ εἴρηται ἀπο ἱστοριασ Αντικλείαν γαρ φασι την ὀδυσσεωσ μητέρα ἐγκύμονα ὁδευσαν τὸ νήριτον τῆσ Ιθακησ ὀροσ ὕσαντοσ πολὺ τοῦ διοσ ὑπὸ ἀγωνιασ τε καὶ φόβου καταπέσ. οὖσαν ἀποτεκεῖν τὸν ὀδυσσέα οὕτω ταύτησ τησ ὀνομασιασ ἔτυχεν ἐπει δὴ κατα την ὁδον ὕσεν ὁ ζευσ Odysseus irete apo historias Antidiã gar phasi ten Odysseos metera egymona odeusan tõ Neritõ tes Itaces oros isãtos poly tu dios ypo agõias te cę Phobu catapesusan apotecin ton odyssea uto tautes tes onomasias ethiché epide cata ten odon ysen ozeus:latine hæc erit snia Vlysses dr̃ ab historia . Antidian n.dicũt Vlyssis matré grauidã incedété Neritó Itacæ monté (qum plu erit satis Iuppiter)pro festinatiõe/& timore qũ cecidisset/parere Vlys

Penelopes proci

Oratii locus

Penelopes telã

Vlysses unde

sem sic hãc appellationé reperit: propterea ꝙ in uia pluit Iuppiter. Latini tñ O in V & D in L cõmutãtes scripserũt Vlysses: & hoc iõ. Q ñ O uocalé et Plin. in primo de grãmatica/ & Papyrianus aliquot Italiæ ciuitates primitus nõ hẽbãt/ & hi erãt maxie Vmbri/ & Thusci/ loco cuius V ponere cõsueuerãt: quod ẽt in xii. Gel. ostẽdit/ & Ci. in actione secunda in Verrem manifesto inqt peccatu pro peccato/ & in actione qnta fretu pro freto/ & Lucre. in prio angustoꝗ fretu rapidũ mare diuidit udas licet in Lucrecianis codicibus undis sed mẽdose nimis/ & nullo sensu legatur: ꝙ udas omnino sit reponẽdũ/ & nõ undis sequens Lucre. carmẽ indicat Italiæ terrarũ oras a finibus eiusꝙ Osci ut Papyrianus O utebãtur nõ V uñ colpã pro culpã dicebãt. Q d D mutat in L satis liqdo ꝑcipiunt Grãmatici. Nõ omittẽdũ est: ꝙ ab oib⁹ pene castissima Penelope dr: sed Oui. siue alius (multi nãq; ut autum. o poetæ fuerunt illorũ carminũ/ q̃ Mœcenatis ortis affigebãtur authores) in Priapeis inpudicã sic dicẽs facit ad uetulã tñ ille suã properabat/ & ois mens erat in cunno Penelopea tuo/ q̃ sic casta manes/ ut iã cõuiuia uisas/ atq; futurorũ sit tua plena domus/ e qbus ut scires/ quicunq; ualentior esset/ hęc es ad arrectos uerba locuta procos: nemo meo meli⁹ neruũ tẽdebat Vlysse: siue illi laterũ/ seu fuit artis opus: q qm̃ periit/ nõ uos intẽdite/ qualẽ esse uirũ sensero uir sit ut ille meus: hac ego Penelope potui tibi lege placere/ illo sed nõdum tpe factus erã: & Acron in secunda epl̃a Oratii ait Penelope meretrix fuit/ q̃ amatores suos sua pulchritudine luxuriosos reddebat: & Lycophron poeta Græcus ait Penelopen concubitũ oium procantiũ passam/ ex eorũ uno genuisse filiũ noie Pana: qđ cũ reditu cognouisset Vlysses/ statim abiit ad isulã Cortinã & ibidẽ obiit: quod Lysander historicus/ & Duris ẽt Samius cõfirmat Penelopen prostituto pudore cõsuetudinẽ cũ oibus procis habuisse/ unde nat⁹ Pan/ q caprinis pedib⁹ Tragosceles uocabat: qđ Dion Prusẽsis affirmãt & hoc est ꝙ Herodot⁹ libro secũdo circa finẽ scribit Pan e Penelope/ & Mercurio genitus: ad quod in libro. xxxv. cap. ix. Plin. his uerbis allusit/ fecit & Penelopen/ in qua amores pinsisse uidet. Hoc scitu dignũ qđ Philostratus in Apollonii uita libro vi. refert/ subnectamus ait Vlyssen mortuũ esse ꝑhibent/ Aiunt. n. illũ mortẽ ex mari cõtingisse: hoc aũt dictũ ita Damis interpretabatur ut Tridentis cuspidem sibi cauẽdam moneret/ qua percussum Vlyssen afferunt. Et qm̃ in Penelopes impudicitiam incidimus/ emaculemus Pauli iurisconsulti in. v. digestorum titulo si pars hæreditatis petatur locum/ quem inquit aliqui tradidere non leues authores quinquies quaternos enixam Penelopen: multos Aegypti uno utero septenos. Ipse non Penelopen/ sed Peloponessam lego/ ut sit nõ nomen propriũ/ sed a prouintia Peloponesso sumptum: quod Plinius, in. vii. capite. iii. hisce confirmat uerbis

Lucrecii locus

Priapeæ quis author

Vlysses ubi mortuus

Pan Tragosceles

Pauli iuriscon sulti

Plinii locus

uerruca d- formis recidatur/teſtituaturq; nectur. Quæ ſnia ab huberri/ mo utriuſq; linguæ fonte lata plurimorū hucuſq; haures demulſit. At nos plura mouent/ ut hoc licet diutius inueteratū fuerit / repudiemus. in primis hac ratione ducor: q̃ uetuſtiſſimi quoq; codices q̃ corruptiſſi me/& mendoſiſſime(multos nūq; indicare poſſem) ſcripti leguntur. Illis nāq; tēporibus ineruditi/quorū tunc / ut nunc quoq; magna copia erat(rō.n.hoc ſolertiſſimū Germanorū inuentū extabat) ſcriptitabāt: & ſi hæc rō minime placet:hæc tāq̃ ualidiſſima quodcūq; ipſe lr̄is cō/ miſit/penitus diruet. q̃ Nectar eſt deorū potus/q potatur & nō cātat: & Melos eſt dulcedo poetica/quæ cātatur & nō potatur: & poetæ car/ men cātare credis pegaſeiū. Q̄uo igitur hoc procederet? ſi nectar & nō melos legeretur? Quod melos ut ait ſp apud Græcos / & Latinos pri/ mā hēt corrūptā/& nūq̃ productā/falſum eſt: nā Homer⁹ liquidæ rōne (qm̄ apud Græcos aliqñ liqda p̄cedentē natura breuē producit) lōgauit ἱμεροεν κοναϐησε θεοσ δ' υπο μελοσ αισε imeroen con ibeſe theos de ypo melos aiſe/& Martian⁹ Capella in nono & me licos cātus/melica grata tulit. Verū ſi hoc tuo nō ſederit aio/placeat ſal/ tē interp̄tum opinio/ut addatur altera L ea rōne/qua Verg. poetarum ſummus dixit relliqas Danaū. Eſt quoq; admonēdū: q̃ ipſe cernas / & non credas/uel magno pignore contenderem / eſſe legendum. Huic quoq; loco hoc addimus: q̃ quidā alioqui literatus/& ueteranus quo cū ſępiſſime fabulari ſolebamus/aſſerebat melos in Perſio primā habere productam/& hoc aſſeuerabat Lucretii authoritate in ſecundo de ſer ræ ſtridore ſic dicentis ac muſæ mele per cordas/organicaq;. Nos uero (uidebamus enim illum in literis iam ſenuiſſe) ferme annueba/ mus: tamen Lucretium coram ipſo/& ſuum accepimus: & aliquanti/ ſper cunctati mox diximus Lucretii carmen eſſe mēdoſum/& ſic olim multis collatis exemplaribus meum/quem tunc domi habebam/ ema/ culauiſſe At muſea mele per cordas organici quæ. Quod ut audiuit/ mihi aſſenſus eſt/& ſuam ueterem ſententiam omiſit. Et q̃q̃ decreue ram nil amplius in Perſio mihi dicendum: tamen q̃ impræſentiarum forte incidi: operæpreciuim eſſe duxi/ſi hoc quoq; admonerem. Le/ gitur enim in Perſio eſt nūc Briſei quem uenoſus liber Acci: Quo in loco interpretes/& omnes alii ſic legunt/& exponunt Acci Bryſei ideſt Bacchici. Poetæ nanq; ſunt in Bacchi tutela. Nos autem q̃uis ſupremum affirmemus non Bryſei / ſed bryſeis eſſe legendum ut ad Bryſeidos hiſtoriam referatur contendimus. Ducor enim hac maxi/ me ratione: q̃ ſequens Satyri carmen eſt/ſunt quos Pacuiuſq;/ & uer rucoſa moretur Anthiopa. Inquit poeta ſunt qui delectentur legere Anthiopam tragœdiam a Pacuuio ſcriptam/aut Bryſeida tragœdiā ab Accio compoſitam: Fruſtra nanq; Antiopam nominaſſet ni prius

Perſii locus

Lucretii locus

Perſii locus

Bryseidi posuisset. Quare sic legatur carmen/est nunc Bryseis/ quem & uenosus liber Acci/ut sit sensus:est nunc quem moretur Bryseis & pro.i. liber uenosus idest difficilis Acci? Vellem candidissime Lector quæcunq; a nobis præcipiuntur/boni consulas:& si illa tibi minime placerent/quin non tanq Delphica oracula foliis committuntur/ ne penitus negligas:donec omnia æqua lance perpendas. Sed quoniam diximus tragœdiam/hoc nō omittimus intactum:q Tragœdiam non inuenit Tespis ut Oratius ait in arte/sed quis inuenit Socrates apud Platonē in Minoe sic scribens ambigit Tragœdia uero hic est antiquissima/ nec ut pleriq; putant a Tespide/aut Frinico sumpsit initium:sed si perscrutari uoluerimus reperies tragœdiam longe ātiquius huius ciuitati sinuētum;hæc Plato Oratio antiquior. Tragœdia Oratii error

Cap.xxxvii.

TRagicus Seneca/qui opus sententiis ad bñ/beateq; uiuendū accōmodatis ualde refertū ut nihil pene frugalius legatur/cōscripsit/ adeo claudus/atq; mendosus est;q uix sensus elici potest. Quamtis nos assiduis uigiliis / acutioriq; examine / ac iugi authorum lectione ex situ/carieq; corrosum in pristinam illam (ut putamus) integritatem reuocauimus / & in unum cuncta castigantes / & difficillima quæq; enodantes collegimus : & eo sum usus modo : q qui nostra leget/non amplius profecto ambiget . In præsentia autem qum in Ragutii de Raho ædibus essem / Senecam ut aliquid conspiceremus/ accepimus/reclusimusq;/hoc carmen/quod est in quarta tragœdiæ(hanc enim una cum nepote Francisco iuuene & moribus / & doctrina non mediocri prædito legebamus) fronte emaculauimus. subiecta iacent/ & quæ Thyasis uallibus amnis rapida/ubi diserti enarratores/ quid sit Thyasis/nō exponunt. Ipse quis hæsitassem/auctoris uerba quoad potui/perpendi/tandem correpto calamo Triassis emendaui . Legeram nanq; apud Strabonem in principio noni libri/ Triassus campus patet/ & eiusdem uocabuli ripa/& populus:quæ Strabonis uerba cum Senecæ uerbis admodum cōuenire arbitror : de quo ēt meminit Thucydides/q ut Idem Seneca Triassum prope Athenarū loca collocat/ & poeta oia Athenarum loca uenationibus apta/in qbus Hippolytus uenari consueuerat/enumerat;possimus & Triassis legere a Triassio Græciæ oppido ut Plin:in.iiii.Cap.vii. Idcirco nostram emendationem uerā/ sinceramq; esse dubio procul existimo ; nec aliter ab ipso Seneca scriptum fuisse contenderem. Et quoniam euenit quam sæpissime/dum unum inuestigamus/alterum non negligendum offendimus. Strabonis enim nonum dum Triassum exquirimus campum eruentes/quædam non respuenda/sed oppido cognitu digna de Munychia lectitauimus Triassus cāpus

has nugulas in uacuum dedi & prouinciam ut tuum opus in manus hominum q̃ emendatissimum exiret/libentius suscepi/q̃ tu musarũ decus iniunxisti :bene uale nostri memor/ & patriæ decus Neapoli Idibus Iuniis.M.D.vii.

Finis.

LV. IO. SCOPPE ANDRAE FELTRO SAlutem/Mortalibus quo prudentes magis/q̃ leues / & futiles existimẽtur auscultare / & conticescere/q̃ blaterare decentius esset. Illo nãq̃ prius/q̃ uerba promantur/remaduntᷣ :hoc qum scateat in ore/in mẽdatia/leuitatem/atq; stulticiam incurrimus subinde. Proinde Homerus Vlyssem merito/cuius oratio mañabat e pectore/cõmẽdat : Tersitem uero sicut importunũ locutorem/quoniam eius oratio nascebatur in ore/uituperat. Quo monet exemplo/ut quoad ualeamus/ si nota uacare præoptamus/ Vlyssem imitemur/quod qum iugiter præstitissem/non uerba modo facio/sed quoq; ne blatero/atq; promissi destitutor appellarer/rarẽter promitto:id in præsentia refero. Quoniam tibi Parthenopen repetenti Bononia/quo Italię frequẽtandi studia/ne a parente Petro dialectico acuto/ Philosopho graui/disputatore subtili/medico solerti degenerares/accessisti/nostros/q; uisenti lares/quædam non inutilia me exhibiturum recaperã / & hoc ideo/quod si bene memoria repetis/languentem/& pleraq; audientem/atq; præcipientem offendisti.Quã mox disputandi præcupidus quod illi argutuli/ & sane doctiusculi susurrabant / dictitabant consulebant & respondebant/es percontatus:ubi me nonnulla præter aliorum opinionem enodasse/atq; emaculasse/& tunc illis consultum sæpiusculе inculcasse accepisti : illorum saltem partem (cuncta namq; non licebat) ut repeterem/exorasti:Quam ob rem ipse ut quo te persequor amore/manẽtibus illis innotesceret/quædam protuli:quibus uix relatis repente differendi non ignarus/qum non dicẽdi facultati solum/ac poesi nauasses operam/sed dialecticę quoq; crateram austeram / & philosophiæ nectaream exhausisses / aduersarii magna audientium admiratione partes tutari/defensitareq; cœpisti: non quo mihi/quem coluisti semper/& obseruasti / reluctareris/sed ut tui illis ingenii perspicacitatẽ/&acumen indicares/ac in literis ne tibi sicuti ferunt/sus /& talentum periisse uiderentur/mox in nostrã uenisti sentẽtiã. Deniq; digredientibus illis si literis mandassem/rogitasti:qum hæc/multaq; alia me non repossuisse respondissem/extemplo ne id facerem/admonuisti/sed ut conscriberem/& in collectaneorum calce collocarem / atq; ederẽ/subigisti/ & proficisci/meã

L

nisi fidem astrinxissem/uoluisti nunq̃.Hanc igitur in præsentia ne uanum me nuncupares/appendiculam cum his a te petitis carminibus/ quæ in nostra lusi adulescentia/in liuidulorum latratus licet flocci fa/ciendos / qum consulam utilitati/tuo prodire nomine permisi:Cætera uero in reliquis propediem exhibebo/uale nostri memor Neapoli nonis Octobris.M.D.xi.

Dum colerent nullo fratres discrimine terram/
Funere tres uno rure/ligone cadunt.
Hac ipsi fuerant partiti sorte laborē:
Hic serat/hic liret/contrahat ille boues.
Verberat hic nimium;iactanti semina sulcis
Displicet/& fratris contudit ære caput.
Tertius hunc sternit/hunc læsus & ante priori;
Funere sic uno rure/ligone cadunt.

Omnia/uel placidam torrentia flumina carpunt
Interdum requiem/non mea membra toro.
Vstulat heu miserum feruentior igne medullas
Flamma/& in assidua mobilitate uiget.
Hanc tamen e nostro depellam pectore curam;
Tunc me felicem/candidulumq; feram.

Hęc rosa purpureo nuper cōspecta colore
Aspice quam subito deuariata iacet.
Sic fastus/sic gesta uirū/sic gloria facti/
Diuitiæ/& magnum quidquid in orbe/ ruunt.
Pectore nunc ideo complecti numina diuum/
Viuere & in sacra relligione decet.

Quid fugis/& uultu respectas Flacce proteruo?
Palles/& liues / & minitare simul.
Non tua lethifero percussi pectora telo:
Non mihi sub tenebris fama sepulta iacet.
Insidias nullas/fraudes/nec furta paraui.
Quin studui nunq̃ displicuisse tibi;
Hoc mihi(non merui)libertas/lingua soluta/
Hoc amor/atq; fides/hoc pia cura dedit.
Nunc tamen & mihi/ lætabor/dum uita manebit;
Dissidii quoniam non ego causa fui.

Liuide quid latras? quid lustris conditus iniquis?
Quid pueris garris? quid tua lingua uomit?
Quid iuuat absenté rabie mordere canina?
Quid iuuat innocuos lædere Liuor edax?
In medium prodire negas formidine motus:
Quam sequeris prædam / cur fugis usq̃ Leo?
Liuide te quoniam sceleratum fama retorquet
Alterius/dictis contaminare studes.
At magis illa micat cœno fulgescit ut aurum:
Sed tua proluuie contaminata iacet.
Lumine non poterit cassus pernosse colores:
Non lyricos surdus sentiet usq; modos.
Sic tu non poteris doctos pernosse poetas
Ingenio cassus/iudicioq; simul.
Desine si sapias Liuor disperdere uoces:
Nam tuo si pergis crimina cuncta patent.
Carmine famosus toto uulgaberis orbe:
Et triuiis cunctis fabula semper eris.

Cap.i.

NEq̃o nónullos audaculos/ac temerarios poti⁹ multa sibi arro/gãtes/qũ parũ/aut nihil sciát/subide nó admirari. Tradũt.n.ĩ satyro poeta nihil ãpli⁹ desiderãdũ. Idcirco ad dicẽdi pitos ac cedeř/ac prudẽtiores cósulere dedignãť :qũ sec⁹ esse nó hic mó/sed ẽt alibi copiosius idicauim⁹. uerũ de his hacten⁹ in pñtia: qm̃ ad ré ipã nř pperabit sermo. Carmé ẽ ĩ calce satyrę tertię Me quoq; ad Eluinã Cereré/ urãq; Dianã. i quo iterptes alioq diserti/& ĩgẽiosi ď sudarũt nihil tñ ad ré/ut mea ẽ sñtia/retuleř. Aliq nãq; tradũt opinioné ẽẽ/ ĩ agro Aqnati fóté fuisse denominatũ Eluinũ: Adhuc.n.icolæ Eluinũ fóté appellãt/iuxtaq; adhuc q̃dã téplo℞ uestigia cóspiciũť :aliquero po ti⁹ Eluinã putãt dictã ab eluẽdo.i.lauãdo: nã q sacris initiabãť Cere/ris/lauabãť. Quidã Eleusinã Cereré itelligũt. His tñ omissis qd nos sẽ tim⁹/cóscribem⁹. Scio neminé ãbigeř flauã appellari Cereré ab autho ribus saltẽ Tibulli carmine flaua Ceres tibi sit nřo de rure corona: qũ itaq; hoc sit ppriũ Cereris epithetó/ut flaua nũcupeť /incũctãter as sero. Heluinã cereré.i.flauã satyro appellitatã: quod ita ẽẽ sic pbabiť Heluin⁹.n.color a Græcis/flauu⁹ a Latinis dř :quod ex Colũella ĩ 4. cap.ii.sic scribente demóstrať/sunt & Heluolę: q̃s nónulli uarias ap/pellãt/neq; purpureæ/neq; nigrę/ab heluo nisi fallor coloř uocitatę/ Fest⁹ quoq; Pópei⁹ ait heluacea gen⁹ ornaméti Lydii dictũ a coloř

Iuuenalis locus

Ceres flaua

Heluinus color

boũq̃ ẽ iter ruffũ/& albũ/appellabat́q; Heluus:Heluolũ ẽt colorẽi ter ruffũ & albũ Cato posuit:Hisce igit́ authorib⁹ liqdo cõstat flauũ colorẽ Heluũ a Græcis appellari.Hoc quoq; silẽtio nõ p̃teream⁹ Heluũ suũ formar̃ possessiuũ Heluinũ:sicut ceru⁹ ceruinũ:quod tradũt fuisse ĩ agro Aq̃nati fõtẽ Heluinũ/iuxtaq; q̃dã tẽpl cꝝ uestigia cõspiciũt́:qd tũ? Cõtẽdim⁹.n.poti⁹ illud tẽplũ appellari Cereris Heluinę/q̃ fõtẽ Cereris Heluinæ:& fõtẽ fuisse illi⁹ tẽpli: ut hic Parthenope dicim⁹ fõtẽ sãcti Petri/q ẽ ꝓpe tẽplũ/& nõ sãctũ Petrũ fõtis/siue ꝺ fõte/sic illũ uocabãt fõtẽ Cereris Heluinæ a tẽplo:sed de his hacten⁹: dũ hoc silẽtio nõ p̃teream⁹ satirãp̃ I latinũ/& nõ p̃ y scribẽdã ul̃ magno pignor̃ cõtẽderem⁹/ac dictã cęteris omissis opiniõib⁹putam⁹ diuisa dictione q̃si sat.i.satis irã.i.iratã.Oẽs nãq; satiri poetę uti liquet/ab ira suũ/qũ puersos/atq; ĩꝓbos hoĩum mores ferr̃ neq̃rẽt/sũt ẽsi poema Iuuenalis semp̃ ego auditor tm̃?nũq̃ ne reponã? Persi⁹ O curas hominũ/q̃ñtũ ẽ in rebus inane? Oratius Qui fit Mœcenas? sed hac omissa quęstiũcula alio tendamus.

Satira

Cap. II.

Cambre

SAtiri poetæ salebrosa sensa/&antiquitatum ænigmata non interpretes modo/sed tot alioqui literati dilucidare tentarunt: q̃ꝝ iam Sole clarior satirus esse deberet: tamẽ multa ingeniosis/& altiora rimantibus/atq; aliorum dictis non facile insistentibus iugiter occurrunt; & in illa luce magis caligant: hoc ideo referimus ob carmẽ/quod est in septima satira Occidit miseros cambre repetita magistros:ubi Politianũ uirum græce / & latine impense doctum/atq; pensiculate antiquitatis scrutatorem sectantur interpretes afferentes dubio procul crambe legendum/referendumq; ad græcum adagium bis positam Crambem mortem esse. Est enim Crambe ut Pli: genus brassicæ:uulgo quoq; calefacta brassica iam in prouerbium uenit:declamatio sæpe repetita fastidio præceptores conficit.Ipse uero licet argutiorem duxerim sensum:tamen semper hæsitabam / & aliquid remotius / magisq; abditum poetam/qum de declamationibus loquatur/significare putabam:sed affirmare non audebam: tandem nactus libellum mirabilium Puteolorum reperi/quod iam diu indagauarã: ubi hæc scribũtur ad radicẽ montis Gauri ab occidente ad orientem accessus/olim uicus fuit Cambre dictus meridiem respiciens nunc uetustate consumptus.& erat dictus Gambre quasi cameræ. Nam locus erat/ubi cameræ/& apothecæ multę erant/in quibus nauium Puteolanarum/Miseni/Baiarumq; portuum onus suum deportãdum per alias regiones Italiæ deponebatur:hic uicus nunc corrupte a circũpositæ regionis hominibus nominis uetusti ignaris Cãpana uocatur. Eo q̃ꝛ campani idest capuani a Cumanis ibidem dicũ/

Iuuenalis locus

Crambe

tur esse conflictu superati:ob cuius cōflictus memoriam est historia composita Cambre dicta/ quæ a magistris in scholis frequentissime dicebatur / unde Iuuenalis Occidit miseros Cambre repetita magi/stros: hactenus libellus: Accedit etiam:ꝙ multos cōspexi codices ma ioribus literis exaratos/ubi semper Cambre/& non Crambe legitur: Proinde ad hanc historiæ declamationem respexisse poetam/& nō ad prouerbium facile contenderem / eoq; magis ꝙ ingeniosissimus Domitius reposuit Cambre inscriptio est declamationis a loco: ꝙ declamationes dicebantur a loco Tranquillus in libro de grammati/cis/& oratoribus confirmans sic ait Veteres controuersiæ aut ex histo riis trahebantur sicut sane nonnullæ usq; adhuc/ aut ex ueritate / ac re/si qua forte accidisset:itaq; locorum etiam appellationibus addi/tis poni solebant/& sic certe collectæ/editæq; se habent:Sed hoc sa-tis erit in satiro / ad alios transeamus authores:

Cap. iii.

NVperrime quidam iuuenes sane docti nostros adiuere lares:q̄ quidem licet in ocio non tam ociosum offendere:sed in gres su/ne mihi intercederent /aliquantulum ābigebant; tandem inruperunt:quid uerbis ē opus?unus illorum maior ut uidebatur / natu retulit/nos uti decet/prudentiores de quadā inter nos orta quę/stiuncula consulere statuimus:proinde te / ne nostra graueris uerba/ oramus:confestim hilari sicuti competebat/fronte respondi/ut quod cunq; uellent/audacter præponerent/scirentq; insuper me litem iam uera trutinando compositurum: Illico in hæc Quintiliani uerba pro rupit/quid non adultus concupiscet? qui in purpuris repit:non dum prima uerba exprimit/iam coccum intelligit/iam conchylium poscit ante palatum eorum/quam mores instituimus.Qum hæc recitasset/ subiūxit te noster Scoppa rogamus/ut nostram prius admittas sentē tiam / mox si libuerit/tuam proferas:cœpit unus hanc/quam scripti/tauimus probare scripturam interpretis opinione fretus:alter uero reprobabat asserens qum palatum sequatur/ coquū / & non coccum esse legendum / & sic quoq; a præclarissimis olim acceperat uiris. Quæ ubi audiuerim/subrisi/mox retuli /quid daretis:si quid noui/& dicerem/& ostenderem?actutum gratum admodum feceris/respon dere/& lætiores/quam adiuimus/dimittes/quæ uerba qum accepe/rim / euestigio coccum/& non coquum/& paratum/& non palatum esse legendum censui:& sic iampridem me locum castigasse asserui: & quod hæc erat Quintiliani sententia inpurpuris repit iam coccū idest uestes coccineas intelligit: iam conchylium idest conchyliatas poscit uestes/ ut puer intelligat uestes/& non cibos:quoniam in pur puris repserat/& sic paratum idest uestes/atq; ornatum eorum/ante

Quintiliani lo-cus

quam mores instituimus:qum deberemus prius mores bonos idest uirtutem instituere/quam ornatum/atq; uestem : quam nostram pro bantibus sententiam subiunxi obscrare licet me sic in nostra adulescentia emaculasse/atq; enodasse.

Cap. iiii.

SEd quoniam in Quintilianum incideramus/& quos diximus iuuenes digredi parabant:euestigio Iocobus Pascasius Melfitan⁹ iuuenis moratus/artis dicendi non imperitus/& qui nunc legum non modo ænigmata/sed Meandros quoq; facillime scrutatur/ assurgit/efflagitatq; quid sentirem de dictione qum / quando multas audiuerit opiniones / malletq; meam præ cęteris/& maxime q ipse sic qum semper scribo:Iacobumtalia loquentem unus illorum interfatus quid hęsitas inquit?sic audiui / & legi in Quintiliano a Raphaele Regio uiro acri ingenio/& singulari doctrina emaculato qũ si tempus significaret per Q : si comitem per C :si uero coniungit per Q / ac duas sequentes V scriberetur;uix talia iuuenis ille argutus sane fatus erat / protin⁹ alter sic ait/sẽtio.Q in Quintiliani/qũ sub ferula essem / a meo præceptore inter literatos non negligendo / ac pœnitendo locum castigari sic audiui:qum si tempus per qum / si comitem per Q ac duas V sequentes scriberẽt :quæ simulatq; acceperim subridens retuli / habes tota Iacobe simul cum Mauro Schinoso nõ literato solũ sed iuuene acri ingenio quod mente petisti:at pertinatius instabat ut meã expromerem sententiam . Quã ob rẽ ne familiaris uerba illis pñtibus apud me esse uulgaria indicarem / respondi sic esse legendum:qum si tempus significaret per Q /si uero cõmitem per C / ac duas literas sequentes scriberetur : & ut i meam uenirent sententiam demonstraui Papirianum pernegare posse V geminari:ne duæ literæ eiusdem inter se soni/& uocis tam in uicem q̃ cum terminatione sui ipsius Q cõcludantur . Nam sonus esset pinguior: quibus dictis omnes una digressi sunt:& nos uti solemus ocium repetiuimus literarium cum Sigismundo Imparato uiro non modo graui sed literato quoq;/ac ingenioso/literatorumq; studiosissimo.

Quintiliani locus

Qum

Cap. V.

OBlectamenti causa/qum æstu/atq; negocio languescerẽ Canopęi Claudiani lectitabã epigrãmata / pueni tandẽ ad hæc qñ de Nilo poeta loqtur/Carmina Hũc bibit infelix Garamas/domitorq; ferarũ Cyrre⁹ /q uasta colit sub rupib⁹ antra:constiti aliqñtulũ/atq; hæsitaui postea locũ ita emaculãdũ duxi ut Cãde9/nõ Cyrreus legeretur.Candei nanq; Nilũ accolũt/& non Cyrrei si recte memini : quod etiã Plin:in sexto cap.xxix sic scribens comprobat/ introrsus Candei / quos Ophiophagos uocant / serpentibus uesci as

Claudiani loci

Cand ei

suetí : subsequit Claudianus p Meroen / Blenasq; feros/atranq; Syenem. Hic quoq; ítrepidiorí calamo Blemyasq; feros reposui. Blemyę náq; Nilű accolűt/de qbus í Solino de intimis Lybię gẽtibus lequẽte affatim diximus: cętera Claudiani loca mendosa / obscurioraq; sensa alibi emendauimus / atq; dilucidauimus. Blemyæ

Cap. Vi.

TErentiű perinde ac intellectu facilẽ/ & ideo pene contẽptibilẽ pueris solẽt prçceptores apponere; quod probo / dű nõ ꝑrsus contendant. Sciant enim ꝓprietatis uocabulorű/atq; uerborű authorẽ nõ negligẽdű. Id circo eius lectionẽ nűq̃ putauimꝰ respuẽdã: hoc dictitauimus. Quoniã in Eunucho parasitus ait plurima salute Parmenonem summű suű impertit Gnato: quem locű ut clarum/& intellectu facilẽ interpretrantur nõ interpretes mõ / sed professores quoq;/& ita exponűt. Gnato impertit Parmenonẽ sűmum suum .s. amicum: Ipse qum locum altius expendere cœpissem/protinus hanc eruditis sententiã uideri frigidiusculam censui : tanto magis / ꝙ prædixerat Gnato sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristẽ uideo riualis seruű / nebulonẽ hunc certű ẽ eludere: qbus uerbis nõ summű suum amicum/sed summű suű idest porcorum exponẽdű existimo: ut in principio statim orõnis nebulonẽ eludat / habeatq; maiorem in futurum ludendi facultatem. Sed quia in Terentii mentionem incidi non ab re esse hic inueterã multorű/& pene cunctorű literatorű sententiam diluendam existimaui. Tradűt.n. Ciceronem eloquentię parentem Terẽtii codicem ut enchiridion solere in manicis gestare et qum aliquid ocii a forẽsibus negociis/reiq; publicæ administrationе nactus fuerit lectitare : id nisi memoria exciderit apud authorem fide dignum non legi : sed inde fluxisse arbitror / quod in amicitia tradit familiaris meus Terentius. Verű id quam facillime refellitur: quoniam illo in libro non Cicero / sed Lælius cum generis uerba facit: & Terentius ut Donatus &. Q. Cõscẽtius aiűt /tres Romæ præcipue habuit amicos Furium/ Læliű/& Scipiõem / a quibus uehemẽter amabatur : ideo Lælius ait familiaris meus Terentius idest amicus / & qui nostros subinde lares frequentat

Terentii

Cicero non Terentium

Cap. Vii.

NIhil quoad uitam degit esse hoĩe dignius autumo/q̃ cæteris prodesse/communi consulere utilitati/;& oẽm deponere ostẽtationẽ: Proinde hec intacta hic ꝑterire nolui. Ait idẽ Terentius in Andriæ prologo. Poeta cum primum animum ad scribendum appulit / id sibi negocii credidit solum dari populo ut placerent quas fecisset fabulas : quo in loco quid ingeniosissimi

Terentii locus

comentatores senserint/cuiq; uidere licet.Hic nanq; nostra precipere/& non aliena recensere statuimus : & hunc esse ordinem /& sensum putamus/ut Calliopus dicat : Poeta ne dicas .s. Terêtius : Absurdum enim esset ut in fabulis / qum aguntur / author fabulę nominaretur : dicas ergo poeta credidit id negocii idest hunc laborem scribendi comoedias/qum negocium significat laborem animi/&corporis : dari concedi sibi solum populo idest a populo idest ex aedilibus / qui ex plaebe/populoq; ut ex historicis colligitur / creabantur ut fabulas pro fabulae/quas fecisset/placerent ei populo scilicet qum idest qum primum pro primo appulit animum.idest decreuit/ deliberauit scribere.Hoc ideo Ita interpręträdûputo:quoniam Aediles perant recitandis comoediis / & in argumentis comoediarum ut ait Fene stella nomina Aędilium/q ludis pfuerant/scripta sût.Sciêdû est quoq; legem fuisse latam / ut nullus aliqd componeret / ni prius ad aediles accessisset/& scribendi ueniam/qum illi prius scriptoris uires ꝑpendissent/moxq; secundû ingenii capacitatem/& doctrinã dabât cô ponendi potestaté/ipetrasset :deinde praeerant recitandis/&recitata emptitabant:de qua lege Vergli⁹ intellexit in Bucc:ludere quae uellê calamo permisit agresti idest ne excederé a stilo agresti ultra legem/ & ueniam impetratã/donec essem maturus ad altiora reponenda: quod ecloga sexta quoq;/qû ad Cynthium idest Apollinem / idest Augustû(quoniã Augustus Apollo dictus est/ac Apollinis filius existimatus) accessisset gratiam/altiora côponendi impetraturus innuit qû canerem reges/& praelia Cynthi⁾ haurem uellit/& admonuit pastorem Tytire pingues pascere oportet oues deductum dicere carmé: Nunc ego(namq; super tibi erunt/ qui dicere laudes Varre tuas cupiant/& tristia condere bella/agrestem tenui meditabor arundine musam. Non iniussa cano:quod Augustus deorum more hauré/caputq; cômouens abnuit/atq; recusauit.Hic praeterire nô duximus Varrum seu Varum fuisse ducem / Variû uero poetã/q aeneada emendauit q Maronis/&Oratii floruit téporibus hinc ait Flaccus pmo carminû scriberis Vario fortis/& hostiû/& Maro sed neq; iam Vario uideor/ neq; dicer̃ Cinna:qb⁾ carminib⁾ Seruiû/atq; Eusebiû Varû ꝑ Vario scriptum habentes emacula.Verum prius q̃ huic capiti finem faciam hunc etiam/quem iandiu emaculauimus/locum subnectam. Tum id mihi placebat/tum uno ore onẽs oia bona dicere/& laudare fortunas meas:his uerbis nullum/q meo sedisset cordi / sensum elicere ualebã: tandé omina legendû duxi/& hunc esse sensum ul̃ magno pignor̃ cô tenderé omnes uno ore idest côsensu dicere ꝑ dicebant omina bona idest mea auguria/&
fortunas meas idest diuitias meas : dixit bona omina.Quoniam omen medium est uocabulum/& in bonum/& in malum sonat

Negocium

Vergilii loci

Varus

Varius

Seruii locus

Eusebii locus

Terentii locus

Omen

malū sonat /ut malū euitaret. Etqa in Terētio multa retulimus pro inde transeamus alio:hoc tamen non prætermisso. Plautus linguę latinę pater in Curculione tu petalion uti tradunt/reposuit folia tū in el igēs. Ipse uero his(ū cōmutare liceret) Plinii uerbis; xiii.ca.i. fretus Pardalion in Tarso cuiu' ēt cōpositio/& mistura obliterata ē legetē:sūt nōnulli a Pardalis odore nūcupatū asserētes:sed pbo esse legēdū Patalion/& costū intelligo/appellatū a Patale insula/ubi/scribēte Plinio plurimū prouenit:& hoc ideo affero: q̄ An⁹ oia cō/memerat unguenta simplicia. Et qm̄ in Plautū incidim' hoc i Amphitryone carmen tū meo pr̄i aūt torulus inerit aureus silentio non prætereamus:ubi nōnulli torquulus diminutiuū a torque/aliq trochulus a trocho reposuerūt/ut esset/rotula parua aurea tanq̄ rosæ similitudinē gerens. Ipe uero ubi hæc/& nōnulla alia & legerim/& audiuerim/nihil imutandū asserui/ & torulū latinū esse uocabulū cōtendo/ & a toro & a torquendo dicto diminutiuū formatū ut a loco loculus/a porco porculus/& toros appellamus tortiles illas eminentias/ qbus corona exornatur Cice:de perfecto Oratore ut in corona toros: erat ergo torul' eminentia quædā tortilis sub petaso.i.in pileo. Qū huic colophonem adderē capiti cōmodū Frācīscus Coppula/& Cæsar Cardinus iuuenes nō morati solū/sed literati quoq; / & impense curiosi adiuerūt me cōsulentes Myrtoum unde diceret mare/ confestim nunqd quæ diutius indagaui/deprehendistis? an meū exqritis filū? respondi: uerū utrum sit/quod sentio tamē/referā. Ipse qum semper apud fide dignos lectitauerim a Myrtilo auriga in mare præcipitato nuncupari/ni temerarius prorsus existimarer Myrtolū mare cū L sequendo primitiuū & scriberē & proferrē/& sic dicendum esse contenderem nisi Acronē (quod apud alios non legi)tradentē a myrto (quod nō placet) noīnari sectarer / abierunt ; & nos consuetum repetiuimus.

Plauti locus
Petalion
Pardalion
Patalion
Plauti locus
Torquulus
Trochulus
Torulus
Torus
Myrtolum mare
Acronis error

Cap: Viii.

NOn me p̄terit fore plerosq;/q me nō audaculū mō/ sed temerariū quoq;/qū q̄ diutissime in hoīum mētib⁹ hęserit / commutare ita audacter auderem/& ducēt/& appellitabūt/ & id ipsum ideo dictitabūt;; q̄ nō interpretes tm̄ uiri disertissimi/sed oīs ēt literatorū consensus cōprobauit. Illos tamen oēs q̄so / ne hæc prius referant/q̄ meam libenter admiserint sententiā/deinde diiudicent. His deniq; omissis ad rem ueniamus: est Vergilii carmen Georg:iiii. Qua niger humectat fluentia culta Galesus. Ipe licet Tarentum non accesserim/sed q meus est mos/ciues interrogaui de flumine/& loco: eoq; curiosius id percōtabar/q non uidebatur competere ut legeretur ger Galesus. Galesus. enim lacteu⁹ interpretatr̄ a galac galactos

Vergilii locus

idest lac lactis/qđ est cõtrariũ nigro:cuius peculiare epitheton est albus Galesus Mar:in 12 albiq; superas oues Galesi. Ideo penit⁹ affirma/rem ut piger/& nõ niger legatur/eo magis qđ est ut accolæ tradunt instar lacus parũ currentis/& ubi fœminę pãnos lauant/est ibi pagus Galasus nũcupatus/& tẽplũ appellatũ sãctæ Mariæ de Galaso. Illud quoq; hinc subnectere uisum fuit carmen qđ est in ꝑ Georg: gran/diaq; effossis mirabit̃ ossa sepulcris/ubi referunt/ideo grãdia ossa ait poeta:qa olim fuerũt hoies grandiores ut Home.indicat/& Iuuen: terra malos hoies nũc educat/atq; pusillos. Nos uero nõ ad illam æta tẽ referẽdũ censem⁹:sed grãdia ossa interpretamur grandiũ Roma/norũ/& hoc nõ ad corporis ꝓceritatem / atq; magnitudinem / sed ad facinora / & gesta referimus.

Vergilii locus

Cap. Viiii.

QVm ex Vergilio ad alios trãsiř authores statuissẽ/ꝑtin⁹ hęc ex Aeneidos ꝑmo carmina nõ silẽtio ꝑtereũda mihi sup/petebãt. Non obtusa adeo gestam⁹ pectora Pœni:nec tã auersus equos Tyria Sol iũgit ab urbe:q̃ commẽtatores ad Atrei & Tyestæ fabulã referũt. Nos uero sic interꝑtamur / & hũc esse sensũ/ & ordinẽ dicimus:siq sunt / q nesciunt genus æneidum uirtutesq;/ui rosq; /aut incẽdia tãti belli:nos tñ Pœni nõ ignoram⁹:Quia nõ ge stam⁹ pectora adeo.i.ualde obtusa/ hebetia/&ignaua/ut.s:q̃ oibus pa tent/ignorem⁹/nec tã auersus.i.lõge remotus ab urbe Tyria suos iun git equos.i.nõ sum⁹ i loco r̃motissimo/quo Sol nõ accederet/ut facta Troianoꝝ ignorem⁹ /q̃si dicat iã scim⁹:qa Sol nr̃as penetrat regiões habitabiles:quo Troianoꝝ fama ꝑuenit. Verũ pri⁹ q̃ tẽdamus alio: hoc cognitiõe dignũ nõ supprimã. Refert.n. Pausanias in.ii.ẽ signũ Iouis/q tertiũ oculũ in media habet fronte:quod signũ habuisse dr̃ Priam⁹ i aulæ suę cauędio/& a Stenelo Argos traductũ ẽ.hoc.s.sig-inũ ẽ/ad qđ Priam⁹ cõfugit insequentẽ Neptolomũ euitãs. Sed cur Illi tres oculi:nõ mirũ. Quia ipũ regnař i cęlo ab oib⁹ dictum est:at eundẽ/& iterũ deũ cognoscũt eo uersu ζεὺσ τε κατὰ χθόνιοσ καὶ ἐπίγειοσ περσεφόνη Zeus te catachonios cæ epigen Perse phone.i.Iuppiter aũt infernus/siue subterreus/& supra terrã Perse phone:sed in mari regnař Iouẽ Aescilo credendũ est q θαλασσεύοντα tallasseuonta .i. euntẽ ꝑ mare nominat. Ita ob tres potesta tes/& numina treis illi oculos antiqtas dedit/qua eadẽ ratiõe terge/minã Hecaten fecit. Et qa Aescil⁹ Iouẽ thalasseuonta nũcupat/nõ ꝑ tercam⁹ Thalassian mare Græcos appellare/hinc thalassicus dr̃ color fluctib⁹ maris similis/nũc Turchin⁹/Azurus cup⁹ siue Marin⁹ Plaut: Ornatu incedit Talassico/q & cærulus/siue cæruileus dicitur :hinc qm̃ in mare Iouẽ regnare patuit ex Aescilo Apuleius ait in sexto Iouis

Vergilii locus

Priamus ubi iu/gulatus

Iuppiter cur tres oculos

Hecate tergemina.

Thalassia

Thalassicus color Turchinus Azurus cupus: Marinus.

cærulũ superciliũ/quod Iouis supciliũ eadẽ ratione Cyaneũ uocauit Homerus.idẽ enim ẽ color /q &thalassicus: hinc Varro Cyanea dixit penula:qb' Pausaniæ uerbis satis liqdo constare putamus ubi fuerit Priamus interfectus.

Cærulus
Cæruleus
Apulei locus
Homeri locus

Cap.X.

AEstate superiore sub diçta ut intẽsum euitarem⁹ calorẽ sub cœnitabamus:forte itercœnãdũ sicuti fieri solet/sermo d' antiquoꝶ parsimonia incidit:actutũ Gelliũ deferri iussi/&quam auidissime lectitare cœpimus. Verũ interlegendũq̃ creberrimę occurrebant mendę/quas substulimus/ & eas hic subtexere / ut cœnula nr̃a aliis quoq; prodesset / destinauimus Gelliana uerba ex libro secundo cap xxiiii/hæc sunt antiquo ritu mutitarent.i.mutua inter sese dñа: nos conuiuia / & non dñа legimus:cũ dñа nihil significarent : & inferius qdqd esset tũ e terra/uite/arbore.Nos natũ e terra/& non tũ e terra castigauimus: Et iferius huius legis Lęlius poeta meminit in crothopegmis/nos Liuius/& nõ Lęlius Prisciano liuiũ / & non Læliũ in crotopegmis citante freti substituim⁹. Cæterũ qũ ex parsimonia ad iusticiã/qa rerũ oium pulcherrima est uarietas pueniffemus:Illico eundẽGelliũ in tertio decimo cap:iiii legimus inter Cętera hoc ẽmaculauim⁹ fieriq; solitã esse dici a pictorib⁹/rhetoricisq; ãtiqorib⁹ Nos qum prædixerit pictoribus diiudicauimus sculptoribusq; & nõ rhetoribusq; legendum /ut corresponderet pictorib⁹. Verum ad alia trãseamus:Gellianas enim mendas/&nõnulla remotiora alibi copiosius scripsimus

Gellii loci

Cap.xi.

CViusq; /qui in studiis profecit/esse semp duxim⁹aliorũ demũ uestigiis non insistere/sed subinde noua excogitare/ut ingenii arguat acumẽ/&ipa rerũ nouitate lectorũ/siue audientium aĩos oblectet: quod si id ipsum effecerit / communi nouissime cõsulet utilitati/& nomen decusq; comparabit: quod nos citra arrogantiam dictitare possumus fecisse:& iugiter/ne nostrum hebescat ingeniolum/facturos esse speramus? sed quid est opus uerbis? ad rem ipsã me accigã.Carmina hæc i Persii satyra q̃ta sic & iterp̃tes uiri meo iudicio præacuti /atq; solertes / & alii omnes de literis bene meriti/ & supremum literatorum locum haut habentes legunt.Dum ne deterius sapiat Pannutia Baucis cum bene discincto cantauerit ocyma uernę. Nos aliorum scientiam / ne pagina turgescat / omittimus:& ocia nõ ocyma legimus/& hũc esse uerum poetę sensum cõtẽdimus: cõcedo claris te natũ esse parẽtib⁹/dummõ hęc anus Baucis ob ętatẽ longęuam delirans nõ sit minori/q̃ tu sapiẽtia/q de summo bono interrogatus illud in uoluptate collocasti ; ut sit Baucis nõ rusticanæ mulieris nomẽ/sed uetulę/&meretricis: Pãnucia uilioribus pãnis

Persii locus
Baucis
Pannucia

Persii locus
Ocium

induta cantauerit clamore pronuntiauerit ocia.i.libidines/quæ ex ocio proueniunt ut ex illo Ouidiano colligitur Ocia si tollas periere cupidinis arcus:uernæ discinto seruo libidinoso. Vernæ nanq; natura sunt procaces/atq; libidinosi ; ideo uernæ pronunciauerit. Qm ob senectam ab aliis lucrum facere nequit.

Cap.xii.

NOn me fugit/q̄ difficillimū esse/quæ humanis iam diu mentibus insiderunt/penitus euellere:tñ ne a nr̃o discedamus instituto/noua/& maxie qum intellectus cōquiescit / subinde promim⁹:& eo magis hoc in pñtia factitaui.ꝙ Ioānes Baptista/& Alexander Marrēſes germani cōpulerūt. Hi nanq; ne a maioribus/quorū non mō in hoc regno/sed per oēm pene Italiā armis/generositate/animiq; magnitudine nomē/decusq; diffundit/degenerarēt/ex Mōte Marano patris oppido Parthenopen lr̃is uacaturi/quo cōsultius mox arma tractarent/subditisq; iperitarēt/ se cōtulerūt:nr̃osq;(uti fit)frequētabāt penates inter alia hæc Persii carmina cōsuluerunt/ ineāq; qm̄ interpretū uti tradebāt sui a nō ipis placebat/præ cæteris auebāt. Quāobrē ipse licet adesset Innocentius Lucius Mōtellanus iuuenis/& moribus/ & doctrina nō uulgari præditus ipsorū alter Phœnix/quid sentiebā/ retuli. Carmē hoc est quid faciā sed sum petulāti splene cachinno:quo audito protinus asserui si/ & nō sed meo iudicio esse legendū:ut esset cōtinuatiua/& nō aduersatiua snia:hoc mō quid faciā?si sum cachinno de risor petulanti splene/si nolo scribere:quasi dicat facere nequeo/ ut nō/ scribam/qum uideam Romanos uitiis delibutos ipsisq;/ ac ambitioni deditos:& inferius quāq̄ hæc rara auis est/lego/& non quando:& in secunda satira Nerio iam tertia ducitur uxor: sensus erit / auarus uxoris mortem desiderans inuidet Nerio/qui duabus mortuis uxoribus tunc tertiam ducebat/& sic ditescebat/& suam/quam unicam habebat/ sepellire non poterat : quod alii referunt Nereum tertiam ad sepulcrū portare uxorem non probo.quoniam ducere uxorem dicitur maritus accipere/& non sepelire. Quibus dictis actutum respondere:hæc nobis noster Scoppa placēt: sed si nostra non grauareris uerba : quid ulterius percontaremur. Illico loquentes interpellaui/& quodcunq; uellent / ut rogitarent/permisi. Miramur aiebant/qum omnes ut interpretes affirmant/ Thracum fuisse morem cādidiore lapillo felices numerare dies/ & Oratium ad Cretenses retulisse: nequiui tunc risu me continere: moxq; ut ingeniosis illis in hoc quoq; satisfacerem/asserui/ sæpe unius literę mutatione ingenia præacuta allucinantur ut in hoc/& in plerisq; aliis. Proinde meo periculo illud Oratii Thressa ne careat pulcra dies nota/& non Cressa legatis. confestim digressi sunt:& hæc nostra/qualiacunq; sunt/sicut eis competebat/commendauere.

Margin notes: Persii locus (at "nates inter alia hæc Persii carmina"); Persii locus (at "to protinus asserui"); Ducere uxorem (at "scribam/qum uideam"); Oratii locus (at "aliis. Proinde meo periculo").

Cap.xiii.

ALiquid fortasse/si hanc composuissem appendicē/ nullo iuris consultorū loco ꝑpenso/aut emaculato/cōmisisse uiderer. Id circo/mihi licet agminatim occurrerēt:hūc ī quo ut emacularēt atq; enodarent disertissimi uiri nō parū elaborauerunt/ prælibare locum statui. Ait in prohemio Digestorum ueterum sed quia solitū erat anni quarti studiosos græco/& consueto quodam uocabulo hircos appellari/habeant quidem/si maluerunt/hoc cognomen. Hos uero diu/anxieq; multos euentes authores quæsiuimus/ & nunq̄ hircum cōsueto uocabulo ut ait significare subtiliter uidētem inuenimus: Politianus tamen uir acri ingenio/& doctrina singulari cap:nonagesimo tertio Miscellaneorum litas Pādectis ut ait fretus reposuit:sed quid significaret/ omisit. Ipsi quum altius expenderemus/hoc prius explicare/ mox aliquid subnectere / ut studiosis prosimus / non ęgre tulimus. Lytas interpetramur mēte resolutos/& intelligentes: & deducimus a gręco lyo idest soluo. Et quamuis Politiano/quia Pandectas citabat testes/ assentiebamur : tamen nimiam literarum fuisse factam mutationem ex hircos in lytas mirabamur : tandem qū in uetustissimo/& maiorib⁹ exarato literis codice ipa uetustate pene corroso scriptum Circos legerimus/ confestim hic nullam esse literarum commutationem /sed unius dumtaxat literæ adiuntionē:& hoc quid significaret / indagare cœpimus:denīq; Kircos acutos / intelligētes/ ꝑ picaces exponeremus a Falconis lumine præacuto:q falco Kircos gręcę nuncupatur: Et si hoc / uel illud tibi minime placeret / & commutare minima literarum commutatione liberet/legeres lynceos consueto/& frequentissimo uocabulo idest perspicaces/intelligentes/& acute/subtiliterq; uidentes non a lynce animali ut tradunt/sed a Lynceo Argonautarū uno dictos/qui dictitabat ultra parietem uidere ut ait Hieronymus contra Ioannem Origenistam unde Valerius Flaccus inquit in primo cunq; æthera Iuppiter umbra perdiderat/solus trāsibit sidera Lynceus/& Orat:solus nublia Lynceus/& Idē ne corporis optima Lynceis cōtēpler̄ oculis/Cice:quis ē tam Lynce⁹ qui in tantis tenebris nihil offendat/Lucianus in Hermotimo tu uero nobis ipso etiam Lynceo perspicatior es: qui sicuti uidetur per pectus ipsum quæ sunt intus cernis / & Apul:uides hominem ferreum/ & insomnem certe perspicatiorem ipso Lynceo: Apollonius scribit in Argonauticis Hūc Lynceum usq; adeo fuisse perspicacem / ut etiam terram ipsam oculorum acie penetraret / quæq; apud inferos fierent / præuideret / & hoc ideo asserebat. Quoniam sunt ut ait Lycophrōis interpres qui tradant Lynceum primum reperisse fodinas metallorum æris/argenti / auri / hinc uulgo natam fabulam : quod

Lyta

Kircos

Lynceus

ea quoq; uideret/q̃ sub trã sũt:q Lynce' ut Plin:l.iiii.cap:x.nouissimã p̃máq; lunã l Ariete p̃m' eadẽ die cõspexit. Quę ultima lectio magis placet/q̃ Kircos. Possem⁹ quoq; leger̃ Lycas p̃spicaces/& acute cernẽtes/& ideo itelligẽtes/ac cõ umatos: Prisci nãq; Græcorũ p̃mã lucẽ/ q̃ p̃cedit Solis exort⁹ λυκὴν lycen appellauerũt ἀπο του λυκου apo tu lycu.i. tẽporis. Qđ sol generat exortu suo lucẽ. Neq; miñ⁹

Lyca

Lupus

Romani ut pleraq; alia ex græco ita & lucẽ uidentur a lyce figurasse: Lycopolitana Thebaidos ciuitas testimonio est/q̃ pari religione Apollinem/ Itemq; lupum hoc ẽ λυκον lycon colit in utroq; Solem uenerans:ꝙ hoc animal rapit/& cõsumat omnia in modum Solis / ac plurimum oculorum acie cernens tenebras noctis euincit: ipsos quoq: λυκους lycus a lyce.i.a luce prima appellatos putãt:hæc nõ ut Delphica scriptitamus oracula/sed quoniam noua/quo ingeniolum acuatur / subinde rimari debemus.

Albula.

Albula uocabatur ante Troiæ ruinas/Vrbemq; conditam annis quadrigentis quinquaginta/& amplius:& tunc latina non extabat lingua/nomen habuit ut Cato a Ianigenis/qui sub Iano fuerunt/ante latinam/ græcamq; linguam:iuxta quod fluentum flumenue imperiale domum habuit Ianus.

Cicero in prima Tusculana authoribus quidẽ ad istam sententiam obtinendam uti optimis possumus:quod in omnibus causis & debet / & solet ualere plurimum/& primum quidem si antiquitate/quæ quo proprius aberat ab ortu/ & diuina progenie / eo melius ea fortasse / quæ erant/cernebat. Finis:

Cap.xxxv.

QVam sit difficile animum semel cõstitutum/& in uno inueteratum/& a doctis præcipue uiris inculcatũ mutare / quisq; nisi penitus demens diiudicaret. Legitur.n. Ouidii carmen in prima epistola siue quis Antilocũ narrabat ab Hectore uictum: ubi in/ plius aues:ait enim gauisus inquit Damis non incredibile mihi nunc uidetur inquit Leucatheam q̃nq; uitam Vlyi dedisse post nauim alligatam:ex qua depẽdẽs propriis manibus mare metiebatur/Refert Idem Apuleius/ut hoc nõ supprimã Thelephum sanatum fuisse hærba Diodela/ quã Millefolium uocat:hinc Claud:ad Adrianum sanus Achileis remeauit Thelephus hærbis:ut alii rubigine hastæ Achilleæ: ipse uero fuisse sanatum emplastro hærbis/& rubigine ferri facto assero. sed de his hactenus imprę sentiarum:alio namq; tendit oratio.


dico Oratium epistola secunda dixie & Circes pocula nosti: licet tra/

Cum gratia/& priuilegio decennali nequis imprimat in regno/nec alibi impreſſum ferat uenale ſiquis aliter fecerir/libros amittat / & pœnam ſoluat/ cuius duæ partes Fiſco/tertia accuſatori/& authori tribuatur.

Impreſſum Neapoli per Ioannem Sultzbachium Hagenouenſem Germanum quarto Idus Iulii. Anno. M.D.XXXIIII.
Regnante Carolo.V.Imperatore.

Cuncta ſerenat

VIRTVTEM HABENTI VIRTVS OBEST.







BIBLIOTECA